

Perge, mone raucis inusta clamoribus, urge
 Poete stylo: referet vesta cupido pia
 Serus at illa feras, valeasque: ut scribere possis
 Multa plura: vices accipe daque precum
 Iuxta petis invenies, tua post syntagmata scripta
 Qualiacumque leges, consule quæro boni.

Nunquam amplius meditatæ fugam: audivit vocem boni
 Pastoris qui perseveraverit usque ad finem hic salvus erit,
 mortuus est enim Vicarius in domo Pudicæ anno 1582.

Et quia (teste ipsa veritate) gaudium est Angelis
 super uno peccatore penitentiam agente, videntur quasi
 triumphum egisse Romæ in translatione Cartusie
 ab Ecclesia S. Crucis ad Chermas Diocletiani de qua
 agendum est.

Panormi, quæ urbs est primaria Siciliæ existit Templum
 septem Principibus Angelorum dicatum, in quo anno
 Domini 1546 vetustæ eorum effigies reperte sunt. Hujus
 Templi Rector Antonius Duca sacerdos pia et imo-
 centis vite Dei instinctu crebrius admodum Romam
 venit anno 1527 ut eorundem cultum ibidem pro-
 moveret, iidem Ecclesiam vel inveniret vel appa-
 ret. Quocirca post multas orationes et jejunia, cele-
 sti lumine illustratus cognovit Chermas Diocletiani
 locum esse septem spirituum ante Deum assistantium,
 utpote in quibus fabricandis laborassent tot corporci An-
 geli puta quidringenta Christianorum, et dona Martyrum

millia ad id damnata: in quibus excelluerunt septem Mar-
 tyres illustres, nimirum S. Cyriacus, Largus, Smaragdus, Lacin-
 nius, Saturninus, item S. Marcellus Papa et S. Chrason, qui
 Christianos in iis laborantes animabant, cuiusque opibus alebant.
 Huius revelationis, quam biennio post Venetiis primum, postea
 Romae anno 1555 typis divulgavit Antonius, merito fit in ejus
 sepulchro quod in hinc Chermis ante summum altare
 estat. Purgatis ergo Chermis, locus anno 1554 a Philippo
 Achinto Vicario generali Julii III Pont. dedicatus est B. Virgini
 Angelorum, sive septem Angelis stipante et circumdante.
 Cumque per bella rursum locus hic neglectus et
 profanatus esset, iterum anno 1555 alia visione significa-
 tum est divino decreto Chermas hoc ad honorem
 septem Angelorum in templum consecrandas esse.
 Quare Pius IV Pont. auditis ejus rationibus et revelationibus
 negotium dedit Michaeli Angelo Bonarotae nobili
 architecto, ut formam templi in Chermis hinc de-
 linearet et appareret. Quo facto Pontifex ipse indicto
 Cardinalium concilio die quinta Augusti huius anni 1561 co-
 ram Cardinalibus, tota curia, et populo Romano Ponti-
 ficibus indutus Chermas in honorem S. Mariae Angelo-
 rum solenni prece et ritu dedicavit, illamque Eccle-
 siam titulo Cardinalitio ornavit, eoque ex Ecclesia S. Cru-
 cis in Hierusalem transtulit monasterium Patrum
 Cartusianorum. Eamque postea novis privilegiis et
 ornamentis illustraverunt Pius V et Gregorius XIII. Ita

habent Chronica illius Ecclesie, quae a Patribus Cartusianis
 accipi et perlegi inquit Cornelius a Lapide super Apoc. 1
 et paulo infra subdit: in iisdem Chronicis legi mul-
 tos energumenos per invocationem horum septem An-
 gelorum ibidem fuisse a demonibus liberatos. Eorum-
 dem effigies tum alibi alibi tum Antwerpiae Hiero-
 nymus Wierix nobilis sculptor incidit et excudit
 adeoque una imagine totum Apocal. locum re-
 presentabit, unde et imagini subscriptum est: Gra-
 tia vobis et pax ab eo qui est, et qui erat et qui
 venturus est. Sic ipse. Aliubi legi Pium P. Car-
 tusianos ex monasterio S. Crucis (quod incolunt jam
 Cistercienses) propter concursum populi, et inque-
 tudinem transulisse alias de loco sat bene me-
 ritos quippe qui saepe in vana secta contulerunt.
 Guin et appendix P. Platinae in vita Pii IV huiusce
 meminit dedicationis.

Pius Papa IV Chermas Siocletianas rebusstate corrup-
 ptas B. Mariae Virgini Dei Matri dedicavit, magni-
 ficentissimo templo in sacram eodem, et Cartusia-
 norum cenobium mensura quingentorum aureorum
 solutione convertit addita inscriptione, quae in arca
 suprema visitur.

Quod fuit idolum, nunc templum est Virginis, aucto

Est Pius ipse Pater, demones aufugite.

Huius loci etiam in Baronii annalibus habetur

mentio anno nimirum Domini CCXCVIII num. X. XVII. XVIII.
 Sed et ego apud alium auctorem Gallum hæc legi:
 Thermarum Diocletianarum reliquie et rudera
 hoc videntur velle dicere, nihil simile ulla ratione
 a posteritate extrui, edificarique posse: nec desunt ar-
 chitecti qui assererant extare subter has cuniculos sive
 vias subterraneas quarum una pertendat in Capi-
 tolium, altera ad S. Sebastiani fanum, tertia subter
 ipsam fluvium Tyberim acta in Vaticanum mon-
 tem. Harum Thermarum pars Pio IV restaurata
 et Virgini Matri dedicata fuit post occurrit Pla-
 tea Pia lineari rectitudine et latitudine expectanda
 nomen sortita a Pio IV P. M. qui eam stravit. Hic
 enim Pontifex plurimis edificiis urbem Romam
 decoravit.

D. Gaudefridus 15 Augusti obiit D. Gaudefridus Hilmanus professor
 Hilmanus et Jo. domus Parisiensis, trium linguarum apprime eruditus
 amos Parceuil et scriptor; vide Biblioth. Cartus. Habuit missam de
 Cartusiani Pari-Domina et Anniversarium.

sienses et scriis Item V. P. D. Joannes Parceuil professor et Prior
 ptores moriuntur. domus Parisiensis Visitator, Provinciae et olim Prior domus
 Divionis; de quo pariter consule Biblioth. Cartus. Et supra
 anno ... fato succubuit 12 Septembris.

Quinta ejusdem mensis vita defunctus est B^{onus} D. Lau-
 rentius Alamandi Episcopus et Princeps Gratianopolitanus
 factor et conservator privilegiorum Ordinis.

Margareta Au-
 striaca Ducissa
 Parmensis affi-
 citur Cartusiani
 in Schuel

Serenissima Princeps Margareta Austriaca Ducis Parmen-
 sis conjux et Catholici Regis soror a latere; quaeque
 epus nomine Belgicas Provincias gubernabat, nonnunquam
 nostrum in Schuel adibat ut divinis
 interesset (inde patet viguisse adhuc devotionem Prin-
 cipum et populi erga Dominam nostram de gratia) liberumque ei in claustrum et cellas Monachorum
 accessum. V. Prior prebebat qui mihi retulit illam
 miratam fuisse Monasterii munditiam, nostrosque ni-
 hil sollicitare in Aula, qui sua sorte contenti magis
 deliterere cupiebant, neque illam Prior unquam accessit
 nisi conquesturus de gravamine militum; quamvis erga
 nos optime affectam novisset, neque silentio premendum
 puto generosam hanc Dominam non curru vectam
 solitam fuisse illuc accedere, sed in equo insidens
 ibat quemadmodum omnes epus pedisequae velut quaedam
 Amazones, et si quam tardiore in ascendendo
 equum Domina animadvertisset non inanimad-
 versam praeteribat, nec me pudet magis haec referre
 quam Religiosos Veridis vallis habere equestrem pictu-
 ram Reginae Mariae sicut procedebat ad venationem
 Moderna tamen Princeps nostra Isabella Clara Eugenia
 equo abstinuit (nisi forte in triumphali ingressu per
 plateas urbium, et equum tunc ex primatibus reger-
 bat) memor forte casus Mariae Burgundae Belgarum
 Principis et aliarum.

Capiebatur venandi studio Maria Hungaria Regina plane ut venatium vulgo
 appellarent halitumque anaticis expingerent. Porro in Mariae amita mores immigravit
 usque adeo Margarita, ut non virtutes modo, sed epus animi sensa, pro-
 pensiones, incessum ipsum, gravitatem imitati puella feliciter
 exprimeret. Venandi autem studium arripuit tam avidae in sum-
 que laborem duravit adeo membra decennis nondum puella ut
 amitam per saltus comperire sequeretur.

Littera de bonis Est quedam copia authentica per Henricum Sterche audi-
 acquiritis ab an-forem Camera Computorum Principis Bruxella de novis acquisitis
 no 1522 usque ad virtute privilegiorum Principis Brabantie, in qua continentur
 hunc 1561. omnia bona acquisita citra annum 1522 registrata in
 Camera Computorum Bruxella, de data 1559.

Item est quedam attestatio presidentis et Dominorum
 Camera Computorum qua ipsi attestantur Conventum ad-
 huc non acquisivisse tot bona quantum posset per privi-
 legium Principis de data 1561 18 Junii.

Bruxella duo domistadia vicina nostro hospitio emptas
 sunt que valent annue 28 Penenses guldenses 2 Junii hoc
 anno 1561 cum horto vicino qui valet annue 3 Penenses
 guldenses.

Item ex parte Peyneri Brooman Donati hujus domus est
 quedam littera, qua Jacobo Brooman vendita est medietas
 scamni laminis super Macellum Bruxella sub censu
 15 Penens. de data 1561, 3 Octobris.

Et licet littera loquantur de 15 Penens. guldens. tamen
 Jacobus Brooman emit pro 200 lib. Pen. guld. et ut sum-
 ma sufficeret pro 15 Pen. guld. redimibilibus denarium
 ad 18 additi sunt, et D. Jacobo Brooman recompen-
 satum est de 20 Pen. guld. pecuniarum conventus.

Fr^{tr} Judocus Hane In festo S. Nicolai obiit frater Judocus de Hane Alo-
 Donatus maritus stanus donatus hujus domus.

Possiaci in Gallia colloquium de Religione 9 Septem.
 Possiaci Conventus in Brevi instituitur inter Claudium Espenceum Doctorem
 Gallia. Theologum Parisiensem et Theodorum Bezan, cui interfuit

Carolus Quintus Cardinalis Lotharingicus Archiepiscopus Rhemensis in vernacula sua eloquentissimus ut cuius orationem quam in celebri illo Conventu ordinum habuit non dubitent quidam componere cum ea quam M. C. Cicero habuerat pro Milone, ideo precipuus Bezemastra auditur. Edicto tamen Regis permixtum est in Gallia Huguenottis exercitum sine religionis extra mœnia urbium usque ad Concilii Tridentini determinationem, absque tamen nove religionis approbatione, et id tantum per modum provisionis donec aliter a Rege fuerit ordinatum.

Curia Cornaci Ad has novitates et turbas Belgium quoque inclinabatur. Nam Cornaci Septembris mensis extremo Michaelis Archangeli die, magisque nocte, quæ proxime consecuta est per urbem totam discurrere fanaticorum ininter heretici ad trecentos profana sua carmina concrepantes, et catholicorum fores sacerdotum petentes sacis, identidem denunciantes, quod tum noctu facerent mox luce meridiana facturos. Nulla tamen re catholicorum pietas aut fiducia imminuta Jesuita ibidem est. Ergo cum Episcopus non modo consentiret, sed prominenter ecclesie etiam aliquantulum in sumptus destinasset suas clericorum que portiones civitatis Magistratus et Canonici, et etiam Cartusiam Abbates S. Martini, Sanctique Nicolai adhuc Cartusiani norum subsidio Patres, et privati quidam civium adjuverunt sub proximæ anni initium assensu Parisii Lutetia petita collegium societatis inchoatum quod primus mortagna rexit.

Verum Patriarcha Venetiarum Joannes Crucianus per sacrosancta et divina Evangelia jurare dicebatur hoc

1561

1562

anno, peritus in Veneta ditione haudquaquam mansuros, et quia Pontifex erat istius anni verum prophetiae nostra tempora probant, nam in initio Pontificatus Pauli V inde ejeti fuerunt.

Ultimus Prior domus Virtutum in Scotia fuit V. P. Adam Forman qui cum anno 1561 esset Procurator domus Belna missus fuit cum V. P. Guilielmo de Rups Procuratore D'Aurey et Adamo Despes Priore Rose a Capitulo generali ad visitandam desolatam et destructam domum Vallis virtutis. Priorque factus aliquandiu latitans domus negotia prout poterat administrabat propter hereticorum metum usque ad annum 1562 (hic est sequens annus inde reversus innotuitus fuit in Priorem Boni passus, ubi superstes erat anno 1571.

Anno 1562 Concilium Tridentinum repetitur mense Januario 30. Morono et alius tribus Cardinalibus Legatis. Convenere Episcopi magno numero etiam Gallici cum Cardo Lotharingie Cardinali.

Discretio principum Gallie Ejecti ex aula Regis Francie sunt hereticorum Duces Princeps Cordens, admirallius, et ejus fratres Colottus Cardinalis Castellonius Andalottus, Navarrae Regina, et alii contraque Guirrii, Comesstabili, Rex Navarrae, qui primo cum secretariis fuerat, serio deinde Catholice fidei propugnationem suscepit in aulam redire, omnes ministri diaboli ejeti, synagoga eorum exusta, exilium sectatoribus nisi ad sanitatem redirent propositum.

Disputatur. eo Simulabant Calviniani se cum Catholicis in ipsorum cella
ram Regina redire Ecclesias modo quaedam removerentur quae ipsi consentirent
cum haereticis. divino repugnare honori. Igitur rursus colloquium inter catho-
licos et haereticos institutum est coram Regina. Verum
R. P. Lamoignon R. P. Jacobus Laineuse Societatis Jesu Propositus Generalis,
demissus admo. qui illuc missus fuerat cum Hippolyto Cardinali Terra-
mit Regiam veniens a Summo Pontifice in Regiam investus coram
ne controversias accusavit, quod controversias de religione femina interesset
de Religione in cui colus et persona potius convenirent. Sectarios etiam exa-
stereset propter quod et Petrum Martirem qui coram Regina Italia
periculum cui Italia perorabat.

veritas non po Haeretici urbe Parisiensi excedentes, altero Paschatis die
fuit non esse redierunt eam occupandi animo, sed cum eis non pa-
parum odiosa fuisset aditus Aureliam profugerunt ibi admisi templa
quavis fuerit vastanda et expulanda susceperunt.

Prædie Calendas Martias haeretici introductis paulatim
ementito habitu militibus quos Geneva aliisque circa locis
acciverant, et in privatorum domibus occulte dispositis
Lugdunum noctu occupant, prefectus Comes a saltu
pro Rege catholicum se simulans fuit proclitor. Item
nocte una cuncta virorum sacrarumque virginum
monasteria omnia templorum sacra direpta et spo-
liata sunt. Tabularia omnia incensa: multa templa
eversa, veneranda S. Trenci ossa cremata S. Bonaventurae in
profluentem abjecta: praeterea sacris calicibus ad ingurgitandos
se mero abusi: nec sancto oleo per summum contemptum
ocreas inungere puduit; denique viva etiam S. Spiritus templa

ut violarent juvenes petulantes ac flagitiosos ad sacra virginum penetralia sollicitatores ausi adducere. Adco robusta impudentia erat, et frontem ita cum fide perdiderant. Quas tunc Dei ancillas divina omnes gratia, et in proposito constantes et liberas ab ignominia conservavit.

Apud Curones illius incomparabilis sanctitatis Episcopi Martini sacras Reliquias in ignem projecerunt, et cineres in aerem disperserunt, idem fecerunt in suburbio de corpore S. Francisci de Paula Minorum fundatoris adhuc integro quod cum crucifixo combusserunt. Nec Pictarii ossibus S. Hilarii pepererunt.

5 Februarii obiit Lovanii in patria sua V.P.D. Joannes Zupel Prior Cartusie Leodiensis quam biennio duntaxat recit profusus et alias Prior domus Lovaniensis receptus circa annum 1. apparet virum doctum fuisse, qui precedenti anno habuerit sermonem in Capitulo generali, ac de domo sua multa scripserit.

Electus fuit in ejus locum D. Gerardus Hoens professor et Procurator ejusdem domus Leodiensis.

Obiit quoque circa hunc annum D. Joannes Arnellus professor et Prior domus Tricizes cui successit, ni fallor, D. Christianus Kootz professor domus Lixæ.

Obierunt circiter 62 Monachi, 22 Conversi, 6 Moniales, inter quas S. Leonarda et Gabriela Moniales S. Anthonii Teraricæ 15 Donati et 2 prebendari: centum et tres persone. Antonella oblata domus Charimontis 100 annorum.

Donatus de Areolis benefactor et ex fundatoribus domus Florentiae.

Ordinata missa de Spiritu Sancto pro felici et salutari directione generalis Concilii Tridentini.

Priori domus Brugis (S. Mauritio Chancero) non fit misericordia. Et volumus ne a modo ordinat aut instituat intus nec foris officiales nisi Flandros aut Leuthones qui sint capaces idioma propter subditorum salutem et domus utilitatem, nec suos officiales ad suam voluntatem nisi cum consensu et voluntate R. Patris aut Visitatorum Provinciae propter suam et aliorum quietem et pacem absolbat, prout ad partem plenius scribitur. Et D. Alexander Paluch monachus praedictae domus vadat hospitatum ad domum Cappella, et ibi exerceat officium Vicarii.

Priori domus Campensis... ad suam magnam instantiam fit misericordia et praeficimus eum rursus in Vicarium domus Trajecti suae professionis et studentis ut domus ipsa sua industria redire ad pristinum statum et decorem valeat; plerique qui hoc tempore recipiebantur postea deficiebant a fide et religione, ut videre est in catalogo professorum dicte domus, causa male institutionis in fide aut corrupti pravis colloquiis haeticorum erant jam in saeculo.

Et D. Lambertum Brunen Vicarium domus Trajecti professorum domus Monachorum praeficimus in Priorem ejusdem domus Campensis.

752 An. 1512

- Sub Ludovici XII regno domus S^t Amandi — Contractus Capitiuli Anderlactensis de jure
Ordini incorporata fuit. A. 1514. p. 21. nibus scholaribus in sacello Nostrae Domine
- Ordinatio de celebrando festo S. P. N. Bru — de Gratia in Schuet. A. 1522. p. 43.
nonis. A. 1515, p. 23.
- D. Joannes Micault consiliarius Prin — edificavit et dotavit cellam in Schuet. A. 1524
cipis nostri procurat fenestras in Schuet. p. 57.
A. 1515. p. 30.
- Ordinatio de celebrando festo S. Brunonis — Chorus Cartusice Lovaniensis constructur
confirmatur cum additamento. A. 1516. p. 38. munificentia Illustris Domine de Hamal.
A. 1527. p. 81.
- Princeps Carolus confirmavit nobis juri — supplicatio Conventus Domine Nostrae de
cem et conservatorem privilegiorum nos — gratia ad. R. P. Bibantium pro frequentiori
trorum decanum S. Gudula a Sede apostoli — rasura. A. 1527. p. 84.
ca nobis datum. A. 1516. p. 42.
- Altercatio inter nos et duo alia monas — Domus Monialium Melani combusta.
teria pro curia te Ottenbroeck. A. 1516. p. 45. A. 1528. p. 87.
- D. Wernboldus de Leydis initiator domus — Consecratur ecclesia antiqui monasterii
Compensis. A. 1517. p. 51. in Schuet, A. 1531. p. 121.
- Ordinatio pro mutationibus. A. 1517. p. 55. — Epistole testimoniales episcopi Cameracensis.
A. 1531. p. 122.
- Domicella Aleidis Maritonus edificat et — Vitra ecclesie in Schuet a quibus data
dotat cellam in Domo Lovaniensi. A. 1517. fuerit, A. 1531. p. 123.
- p. 60.
- Copia littere erectionis et bonorum — Status domus S. Martini in hoc
translationis novae domus Cartusienensis Nostrae — fere tempore. A. 1531. p. 134.
- domine de Gratia extra Brusellam. — Guilielmus a Brussella, Abbas S. Amandi
p. 4.
- et S. Gudonis benefactor domorum Brusel —
lensium et Lovaniensium. A. 1532. p. 141.
- Bulla Pii II foundationem, erectio — Anabaptistae occupant monasterium
nem, donationem et assignationem A. 1534. p. 149.
- domus Nostrae Domine de Gratia con —
firmans. A. 1458. p. 14.
- Epistola R. Patris quae concedit ut possimus
vendere aliquot domos ad satisfaciendum
contributioni Caesareae Chapsati debite, etc.
A. 1534. p. 150
- Illustris Domina Magdalena de Hamal —
fundatrix domus Lovaniensis. A. 1521. p. 29
- Cur domus Lovaniensis cum Universitate incor —
porata est. A. 1521. p. 28. porata est. A. 1521. p. 28.
— Libellum supplicis nostri Patres obtulerunt
Imperatori pro remissione dirindie patris contributionis
A. 1534. p. 152.

- F. Lucas Everberghe donatus nostri monasterii et benefactor Domus Lovaniensis Paem. A. 1534. p. 157.
- Benefactores Domus Lovaniensis aliquot recensentur, A. 1538. p. 190.
- Cartusia Granatensis circa haec tempora in historia ejusdem Societatis. A. 1540. p. 206.
- Exhortatio Capituli generalis pro reformatione. A. 1540. p. 206.
- Exhortatio praeteriti anni rursus inculcatur. A. 1541. p. 220.
- Praeclara laus Conventus domus Capellae. A. 1541. p. 223.
- Cartusia Antuerpiensis a civibus metu inimico excisa. A. 1542. p. 228.
- Rossemius damnum infert Cartusiae Buscoducensi, A. 1542. p. 229.
- Epistola R. P. Petri Fabri e Societate Jesu ad Priorem Cartusiae Colonniensis. A. 1543. p. 232.
- De laudibus R. P. Leydensis Generalis qui praesesse cepit Anno 1540. p. 238.
- Ordinationes Capituli. A. 1543. p. 237.
- Petrus Faber scribit Pivri Domus Colonniensis. A. 1543. p. 238
- Maria Ducissa Clivensis et Montensis magna benefactrix Ordinis nostri. A. 1544. p. 243.
- Litterae Prioris majoris Cartusiae Petri Leydensis ad Soc. Jesu. A. 1544. p. 247.
- Cartusia Antuerpiensis in civitatem hypanam transfertur. A. 1544. p. 292.
- Cella Procuratoris domus hypanae constructa expensis Provinciae. A. 1548. p. 288.
- Ordinatio Capituli. A. 1548. p. 272.
- Epistola R. P. Petri Canisii ad Patres Cartusianos Colonnienses. A. 1549. p. 276.
- Cartusiani Parisienses fervent Societati ejus laboribus ipsi crescebant, ut habetur Epistola S. P. Ignatii ad Priorem Cartusiae Colonniensis. A. 1554. p. 318.
- Bullae Julii III et Pauli IV de observanda abstinentia a carnibus. A. 1555. p. 324.
- D. Petrus Vander Malen ex familia Aldrini benefactor domus Lovaniensis. A. 1555. p. 332.
- Epistola R. P. Joannis Polanci ad P. Priorem Cartusiae Lovaniensis de felici migratione B. Ignatii, A. 1556. p. 342.
- Cartusiani domus de Paulari erga Societatem Jesu benivolenti. A. 1559. p. 376.
- Eleemosyna regia majestatis data Patribus Anglis quae primo fuit 2000 florenorum annuorum. A. 1561. p. 392.
- Littera de bonis acquisitis ab anno 1522 usque ad hunc 1561. p. 407.
- Jesuitae ibidem promoventur ecclesiarum etiam Cartusianorum subsidio, A. 1561. p. 408.



Collectaneum rerum gestarum et eventuum
 Cantuſide Bruſcellenſis
 cum aliis externis ſum Patriæ ſum Ordinis.

Volumen ſecundum (proſequentio)

(Anno Domini 1629)



Anno 1562.

Hoc tempore pauper ſeu miserabilis erat ſtatus domus noſtræ Bruſcellenſis qui fere conſtabat pluribus hoſpitibus quam profeſſis. D. Hubertus Knobbant Bruſcellenſis profeſſus domus Lovaniensis Vicarius hujus domus per chartam Capituli ordinatus Rector domus Baſilæ, ſed cum Baſilenses eum non admitterent, eodem anno Ziriczem cum Priore domus ibidem rediit ibique conſtitutus eſt Vicarius. In Vicarium autem domus noſtræ ordinatus D. Dionyſius Le Febuer profeſſus domus Brugis qui ibidem Vicarius et Rector fuerat itaque Vicarius domus Ziriczæ. Per hanc chartam D. Anthonius hoſpes in domo Ziriczæ profeſſus domus S. Amæ (quod noſtes) venit hoſpitatum ad hanc domum, et frater Joannes

redditus Clericus hujus domus iust. Leodium hospitatum
sub disciplina Ordinis, sacrista D. Jacobus Cogge profes-
sus domus Brugis.

Audiamus D. Joannem Courmeur Procuratorem de se
perorantem:

Quum secundario procuratoris in servirem sollicitudi-
nibus animo meo contrariantibus direxi omnem lapidem
movere, atque improba quadam sollicitatione defunctio-
nem mihi consiliare. At postquam nullis potiussem
litteris deprecatoriis voto istiusmodi potiri direxi Venerando
Domno Cornelio Vanden Kerchove Pioni pro tunc Cartu-
siae Licensis supplicem epistolam intimis precordiis ipsum
obsecrando, quatenus alterius Visitatoris impetrato consensu
dignaretur me admittere suo Conventui. Non illi
obscurebat mea postulatio, quandoquidem ob alia negotia
V. P. Convisitatorem Pionem tunc domus Hollandiae Theo-
doricum Hoijnoen accedens eidem quoque mea vota
exposuit quae diu optari viva voce illi indulta sunt.
Unde pius iste Pater domum cum repetisset altera P. Jo-
annis Baptistae in junio personaliter Bruxellensem
Conventum aggrediebatur mihi expositurus, quorum ipso
sollicitante compos effectus eram. Hinc factum est, ut
animo exhilaratus, letus atque gaudens verbis quoque
ingratus illi non existens disposui me in instanti ad
componendam sarcinam ut prope ipsum ad locum
optatum secuturus prout altera Visitatoris B. Mariae semper
Virginis secutus sum. — Hunc ego laborem (describendo scilicet

librum fundationis, qui utinam ad sua tempora deducisset.)
 subii, sic lector, libens in gratiarum actionem quod fere
 17 $\frac{1}{2}$ annis sustentatus sum in Cartusia prememorata in qua
 primo sacrista, tunc Procuratoris prima vice deinde Vicarii
 postremo Procuratoris secunda vice officii functus sum. Nunc
 autem, ut praetactum est, defunctione..... impetrata in
 Cartusia Lyona sedeo in multitudine pacis et requie
 opulenta fruendo uberibus sponte, ea qua te plurimum bene
 valere apto anno 1562 Septembri die 16, scripsit et Registrum
 bonorum, item et Registrum. litterarum, quoddam titulos dum-
 taxat quod compendiosam litterarum declarationem
 appellat et alia quam plurima.)

Prior autem supis Conventus S. Franciscus Carevere priva-
 tus saliter suo Procuratore Buscumduis se contulit ut cum
 primario Visitatore ageret de substituendo sibi Procuratore,
 qui ei insignavit S. Joannem Elzonghen Van Ziehem
 (sicut didici ex chartis, Courneur non nominat) ex suis
 Monachis unum, quem Prior assumpsit secum. Hic primus
 Procurator extraneus fuit ab eo tempore quo Conventus stetit.

Igitur hoc anno in Septembri tres hospites officiales
 erant, et adhuc duo hospites Cellite cum illis simul
 quinque....

Lainius Genera- B. P. Lainius Societatis Jesu Generalis Lutetia per Belgium
 lis Societatis Co. et Germaniam ad Concilium se Tridentinum contulit:
 lonice Cartusianus Colonia Agrippinae quo 3 Calendas Julias ventum est, tum
 sermonem habuit. socios collegii communiter ac viritum sanctis colloquiis tum
 Cartusianos Patres id summe rogantes latina concione miri-

fice recreant.

Duacensis Academia. Duaci nova omnium disciplinarum Academia ingenti Ecclesie Christianae bono a Philippo Rege instituitur atque professoribus e variis locis Lovania potissimum accitis, stipendia designantur.

Majore Cartusia. Communem eadem Ordo noster in Gallis non evasit, et vastatur atque quasi Deus rursus mandaret a sanctuario suo incipite, haere incenditur ab Fici Genevenses dum Lugdunum occupant ad Cartusiam

Hugonottis Majorem usque excurrunt, eamque devastant ac incendunt, de qua evastatione sic scribit D. Madriaga in libro secundo de Vita et Ordine S. Brunonis. Anno 1562 vastarunt haeretici Majorem Cartusiam fugientibus haec et illac Religiosis in montes, magisque imaginum et rerum sacrarum vastationem quam suam vastitatem plangentibus; quibus fugatis et in fuga dispersis Iconoclastae isti, moribus suis et ingenio securus jam indulgentes incendebant locum, et speciosa deserti rapuerunt, et secum abstulerunt. Mulier, imo (si Superis placet) scortum publicae abjectionis ingressa cum eis penetravit usque in cellam S. Patris, in qua fenestram vitream conspicata exarsit ad eam habendam, quae tamen non admodum diu gaudere potuit obtenta. Quidam ejus congressu solitus abuti voluit cum ea rem nefariam habere in eadem cella, sed divina super domum illam imi. maculatam providentia misericorditer vigilante, non potuit quod voluit impudentia. Posuit enim Deus iracundiae et justissimae indignationi suae modum, et quamvis passus sit domum exscindi, non tamen passus est in loco tam

sancto, et hactenus impolluto rem adeo nefariam committi. In egressu autem Monasterii cum haec quoque mulier simul cum ceteris egredieretur, cecidit et tibiam irremediabiliter confregit; subsidio certe fuit illi jumentum quod adduxerant secum ad arcehdendam praedam, nam super illud remianimis projecta domum relata est.

De expilatione Majoris Cartusiae sic apud Jac. Aug. Thuanum legitur ad annum 1562: Interea Adretius qui jam legionariorum in Allobrogibus praefectus tunc summum Imperium sibi per Provinciam sumpserat Condeci nomine, dum certius de ipsius Condeci voluntate constaret Calendis Maii ad senatum Gratianopolitanum dat litteras minarum plenas, quibus mandabat, ut seditiosos quosdam (primarios scilicet Curiae catholicos viros et Regi fideles) illis designatos civitate ejicerent, quibus pulsio postquam de defectis per templa passim toto regno imaginibus scriptum allatum est statim discurritur, et ubique statuto a plebe et pueris insannabili lascinia confringuntur. Mos Mirabellum, et Bussiera vicinæ arces in potestatem acceptæ, et idoneo presidio firmatæ, tum Ronis junius magnum Cartusianorum coenobium ire placuit, quod quia inter montes asperos positum urbi imminerebat propter viciniam incommodaturum credebatur, ob idque ab Adretio expilatum et incensum est, in collegii illius sodales rejecta artificiose culpa, quasi adversarias receptassent, et accepto milite hostilis animi indi-

cium primi dedissent: mox Adretio de Aransiensi clade
adfertur nuntium.

D. Joannes Boyerius senior nosse refere solebat tunc
temporis sublatum fuisse caput S. P. N. Primonis quod
auro et margaritis erat inclusum et ornatum et
datum in praedam haereticis, quod nolim pro
certo affirmare: verisimile est quod habuerint aliquam
partem, quandoquidem et Colonienses non omnino
estores earum reliquiarum fuere.

Dux Condens Hugonottorum ductor occupabat
firmisque praesidiis tenebat praecipuas Galliae urbes
Aureliam, Curones, Andegaviam, Pietariam, Botho-
magum, Pupellam atque Diepenum. Porro cum ob
Bothomagum Lutetia intercluderetur a mona viam
fuit illud primum obsidere: fuitque urbs expugnata
6 Calendas Novembis per exercitum Regis Caroli IX duce
Francisco Guisio, cum Antonius Borbonius Rex Navar-
rens (qui ad partes Regis accesserat) ictus gladio
cecidisset, peracerbeque ideo animadversum in captivum,
cum praecipui quique aut laqueo aut gladio ple-
terentur. Hi praeterea Novatores inter alia pleraque
sacrilegia e matrice Ecclesia mille ducentas argenti
et 50 auri marcas rapaci et impia manu abstulerant.
(Christ. Galliam, fol. 137).

Praelium cruen. Intered Guisius agitare consilia quomodo Condensem
tunc apud Dani- cauat castis, qui in Genabio considerat: at ille contra
dum urbem in Nor- cum movere. Concurrerunt itaque infertae acies apud

Carnutes in campis Druydam, victoresque Hugonotta fuerunt victi, manente victoria multo cruentissima penes Guisium capto Condoo 14 Calendas Januarii. Captus vero fuit ex iis, qui partis regiae erant N. Mareschallus P. Andreae qui Mareschallus P. non multo post fuit caesus et valde recommendatus in Andreae cecidit ob charta Capituli his verbis: Obiit Illustris et prepotens D. D. commendatur. J. Andreae Marescallus Francie gubernator Regni in patria Lugdunensi qui pro defensione fidei, Regis et Regni Francie occubuit et tempore belli domos Ordinis protegit. Perit hoc conflictu quasi flos Gallicane nobilitatis, Gaspar Colignaeus fuga elapsus faa et restaurator novi belli. Maximilianus II Austriacus Ferdinandi filius Rex Romanorum et Caesar Francofurti 24 Novembis die creatur et 30 ejusdem mensis coronatur.

Anno 1563.

Opes et spes Gallie hac tempestate in Guisia familia site erant. Aureliam ad Ligerim Dux Guisius obaiebat pro Rege Vicarius. Polstratus quidam urbe egressus Guisium in trajectu fluminis sclopi icutu lethali perimit. Auctores facinoris suasoresque Colignaeum maris prefectum et Theodorum Bezam, qui intra urbem erant quæstione habita nominavit. Perit homicida a 4 equis Lutetie disceptus. Iuxta vero ante mortem aliquot diebus supervivens omnes suos gravissima oratione admodum pie et religiose instituit, et tandem Catholicæ Religionis ergo tam proditorie occisus, Christo spiritum reddidit ad 6 Calendas Martii. Commendatur

et in charta Capituli his verbis: Obit Ill^{mo} Princeps et Dominus D. Franciscus a Lotharingia Dux de Guise magnus Magister et Cambellanus Francie qui in defensione fidei, Regis et Regni Francie occubuit.

Par cum Hu- Eo mortuo Condreus liberatur e custodia et Rex ne
gonotti in Fran. cessitate adactus cum Calvinianis pacem fecit, receptis
cia. X suis civitatibus permitteret quemque in sua Religione
vivere.

Quisani cadaver in Cartuianorum cenobium, post
ridie Lutetiam in adem Marie primariam pompa
quasi regali elatum est, inde ad Jani-villam commune
majorum sepulchrum.

Quanta clades fuerit hujus belli. — Hugonotti in
suis libris fatentur intra unius anni spatium Reli-
giosi sexus utriusque millia 24 mactata, virgines con-
juges supra duodecim millia violatas, templa vi-
cesies mille, monasteria bis mille, hospitalia nona-
ginta eversa: demique in decemali illo bello
civilis bis millena millia seu duos hominum om-
nis dignitatis sexus et ætatis milliones utrumque
periisse.

Martyres Eze Ordine nostro D. Joannes Pepus (aut melius Pe-
nostri Ordinis. gus) professor domus Cartuise hospes in domo vallis
Dei, qui in defensione fidei et Venerabilis Sacramenti
ab altaris ab hæreticis transfusus occubuit.

D. Guilielmus Brethonna professor domus Ligeti
similiter ab hæreticis occisus.

Capitulum ge- Capitulum generale Ordinis nostri Cartusiensis Cham-
 norale Cham- bruci propter domus Cartusie incriminationem et ruinam
 bruci celebratum, atque hereticorum persecutionem in Conventu S. Do-
 minici celebratum fuit hoc anno Domini 1563 die 1^a
 mensis Maii et seqs.

Obierunt circiter 85 Monachi (inter quos 15 ya-
 nuarii D. Joannes Larde Visitator Aquitanie, et
 diversarum domorum Prior (utrum ex con-
 sanguinitate R. Patris tunc viventis?); Moniales 13
 (inter quas Carlotta du Luringe Priorissa domus Sa-
 letarum, que 70 annis laudabiliter vixit in Ordine
 et Rapsela Monialis Ferraria); 23 Donati.

150 persone Ordi- Personae circiter 150, nescio, an plures legerim.
 nis hoc anno obierunt. Quidam etiam frater Franciscus redditus
 Laicus domus Bruxelle quem in Calendario
 non inveni.

Priori domus Lovaniensis non fit misericordia.
 Et D. Philippus Hoens prius Ordinis Cruciferorum
 ad Ordinem nostrum absque licentia sui Su-
 perioris incaute venerit cujus rigorem et auste-
 ritatem suo Visitatorum et aliorum omnium
 iudicio ferre non potest, atque ad priorem
 Ordinem redire cupit. Et epus Superior in priore
 Ordine dolet illum perdidisse, et libenter eum
 reciperet impartitur eidem Philippo licentiam
 redeundi et iterum se recipiendi in suo priore
 Ordine. In monumentis domus Lovaniensis sic videtur.

circa annum 1549 D. Philippus Huenus Lovaniensis professor monasterii Cruciferorum Namurci receptus est ad professionem Ordinis nostri in hac domo (Lovaniensi scilicet) sed post 14 annos non valens Ordinem nostrum sufferre cum consensu Capituli Namurcum rediit ad suum Conventum.

Everardus Hoc anno (nisi perperam legerim 3 Maii obiit Veltthoven pro. V. P. D. Everardus Veltthoven professor senior hujus fessus hujusque domus et quondam sacrista, Procurator et Vicarius domus Prior de nec non Prior domus Lovaniensis; fuerat ante in-
mum Lovaniensis, gressum Ordinis sacerdos secularis et receptus circa annum 1527. Invenio illum tantum ad calcem chartae anni 1566.

Lugdunum In Gallia res catholicae fidei respirare aliquan-
Religioni Ca- tum caperunt. Statim ut redditum Christianis-
tholicae et Regi sino Regi Lugdunum est, revocati sunt qui
redditum. sparsi erant Comites S. Joannis (ita Canonicos
templi ejus appellant) viri in ea Principes. Horum
quidam Visitationi B^{gna} Virginis luce sacra Lugdu-
num regressi statuerunt. Dominico die in 9^{to} a-
nnis sacrosanctam victimam Deo immolendam,
et concionem ea doctrina catholica habendam,
quam ad rem Edmundum Angerium Socie-
tatis zeu (quae tunc crescebat) presbyterum
Vienna (Delphinensi) accersunt; fuerat amplius anno
Lugduni sacrarum rerum vastitas, et misera so-
litude direpta et clausa templa. Sublatum sacrifi-
cium: multi suggestus: nulla reliqua facies pie-

satis: ipsæ campanæ p̄o nunquam sonitu audite.
 Itaque ubi Dominicus dies illucit, et patefactæ sunt
 templi S. Joannis Valvæ, et editum campanis maxi-
 mis festo sono sacrificii et concionis signum, renasci
 sibi omnes videbantur Catholice, nec sui prope
 comprotes esse p̄o novo sensu.

Inenarrabilis Quis deinde secundum sacrum populi ad con-
 lectitia Lugdu. tingendas sacerdotum vestes concursus fuerit, quis
 nensium catho. ad osculandum altare, qui gemitus quæ ma-
 licorum ob resto. nuum in calum sublatis, quæ lachrynde negal,
 stuta fidei exor. Edmundus fingere sibi animo posse qui oculis
 citium. non acceperit.

Nec silentio prætereunda notabilis apparitio P. P.
 N. Brunonis facta hoc anno quæ abstinentiam per-
 petuam a carnibus confirmat.

In relatione quadam quam sub iurejurando
 fecit D. Sylvius Prior Cartusie S. S. Stephani et Bru-
 nonis in Calabria de miraculis nonnullis, quæ
 ibidem operatus est B. Pater noster Bruno, dicit
 inter cetera, quod cum anno 1563 decumberet,
 ex gravi morbo Joannes Hieronymus Caraffa
 Marchio Castri veteris, Prior ejusdem Cartusie,
 per fratrem unum laicum jussisset eum visi-
 tari, cui electuariorum simul delicatiorum dono misit,
 eo quod amicus esset, et vicinus domui. Incidit
 casu frater ille in illud tempus et horam
 qua similiter alius quidam vir litteratus admo-

Aggravatio S. dum et in
Brunonis.

infirmum advenerat, assidebatque lectulo flavo
chionis. Cui fratrem aliquandiu intuitus cepit intra
se institutum nostrum, quod apud nos sciebat
esse inviolabile de non gustandis carnibus, contem-
nere, quamvis dissimularet, nec de illo cum ad-
stantibus vel verbum faceret. Accidit autem se-
quenti nocte cum quiesceret in lectulo, som-
nisque mens peregrinis distraheretur, ut inter
cetera virum venerabilem canis respersum toto
capite et in sacro habitu nostro conspicuum con-
spiceret, visusque fuit illi per omnia esse sanctus
Pater noster Bruno, qui et ait illi: Hæsterna
die inquit, intra te contempnisti abstinentiam no-

Abstinentia Car. stram a carnibus. Ita est, ait ille jurisperitus. Ad-
stantiarum ex jecit. P. Pater: Legisti Biblia aliquando? Respondit
emplo veteris te. nunquam tota. Subjecit S. Pater: Vide caput 35
stamenti compo. jeremite, et in illo deprehendes Deum benedi-
batur. xisse filiis jonadab filii Bechal, eo quod Patri
precipienti ne biberent unquam vinum obtem-
perarint; quomodo igitur non erunt benedicti
filii et heredes mei, qui præceptum meum de
non edendis carnibus inviolabiliter observant. Do-
ctor hic experrectus diluculo, somniumque suum
ad memoriam reducens, simul atque e lectulo
surrexit, aperuit textum Bibliorum, et in ve-
stigio locum illum jeremite reperit, in quo de

Rechalitis agitur videturque ad oculum verum esse id quod Deus sibi revelasset de novi Testamenti Rechalitis, per honorificam confusionem induit, et humiliatus est, visitavitque domum nostram, et cum magno Dei timore cepit Piori, qui et hæc scripsit narrare: quid vidisset et audisset, moxque se totum ad obsequia domus et Conventus obtulit et quidquid potuit contulit. Hanc apparitionem in aeneis laminitus curarunt sculpi Antuerpiæ Patres nostri Colonienses et hos versus subjecerunt:

Bruno sacer noctu juristæ splendidus astutus
Loquens, loquens, Biblia tota? negat.

Ille jeremiam lege: Nam si quæ fuit olim
Laud Rechalitis, abstinuisse mero.

Abstinuisse meos cur non sit gloria Patros
Carnibus? hæc subito cum monuisset abili.

Hanc recensitum voluit jurista volumen

Et dolet et apertos mox colit ipse viros

Mense Decembri finis optatus impositus est synodo
Bridentina, in qua multa sanctissime et saluberrime
decreta sunt et paulo post Pontifex Pius IV
confirmavit.

Cardinalis Granvellanus apud Margaretam gubernatricem acriter negotium Religionis defendebat, sed cum non ferentes Princeps Auriacus, Egmondensis et Hornianus Comites scriberent Regi Catholico Belgium ruinam minari, nisi Granvellanum avocet, illum

jam populo inuisum, nec per eum quidquam deinceps boni, mali vere plurimum, etiam si persona duntaxat odio, praestari posse. Junii quinta Rex Hispaniarum Principi Auriano et Comitibus rescribit, se non satis capere cur Granvellanum loco movere debeat, ministros sine causa dimittere non conuenire, Belgium brevi cogitare (quod utinam praestitisset remediaque apparare nihilominus posse aliquem ex iis ad se venire a quo melius informari indeque quid statuere valeat. Respondent res Belgicas propter vicinorum non minus subtiles quam periculosas machinationes eo in statu jam versari, ut in Hispaniam illis proficisci non liceat, rogare igitur Regem, ut suis praecedentibus litteris fidem adhibeat.

Immissa impetu heresis, offensa Hispanis militibus populi, aucti per Provincias episcopi repetita Caesaris edicta, ac sumpta de violatoribus supplicia, injectus ex Hispanica fidei censura terror, frustrata Nobilium spes, praelatus in Aula Granvellanus, quia una fuere tumultus illos ac turbas facile concitarunt: sed non eodem modo pleraque horum praetenta sunt, quia honestiora videbantur; quum tamen duae rem cause confecerint heresis et ambitio.

Ludovicus Simonetta Italus Mediolanensis juris utriusque Doctor insignis Episcopus Pisauriensis praesbyter Cardinalis tituli S. Cyriaci in Chermis electus

a Pio IV Concilio Tridentini Legatus, in Urbe Inquisitor, signa-
tura justitiae praefectus ac tandem Presbyter Cardinalis
tituli S. Anastasiae obiit Romae anno 1563 pridie Ca-
lendas Maii et in sacra eccle. S. Mariae Angelorum
sepultus quae est Cartusianorum.

Episcopus Leodien. Ineunte anno 1564 Gerardus Groesbehanus, in Roberti-
sis Gerardus Groesbehani, qui anno superiore ob inuoluntatem sponte
cesserat, locum, Episcopus Leodiensis sufficitur.

In toto administrationis suae tempore, experimento
didicit, christianum praesulem non solum multa
praecclare agendo, sed et maxime fortiter patiendi
inclarescere.

D. Theodoricus 9 Januarii obiit D. Theodoricus Monion Prior domus
Monion Prior Hollandiae, et olim Prior Leodii et Delphensis Convi-
domus Hollandiae visitator Provinciae Leuoniae.

et Conuicator. Rex Philippus hoc tempore accepto a Sua Sancti-
tate Concilio Tridentino gubernatrici Belgii mandat

Rex mandat illius per suas Provincias promulgationem, Carolinarum
per Belgium in haereticos constitutionum renovationem, ac novorum
Concilium Tri. episcopatum promotionem. Quo inasidito non
dentium pro. modicum attoniti triumphari illi gubernatricem
mulgari.

demulcent; mittitur in Hispanias Comes Egmon-
dams exorator, mandatur gubernatrici quatenus
salua religione media pacis et tranquillitatis
publicae ineat; illa igitur vocatis in aulam
Episcopis totidemque Theologis ac jurisperitis mittio-

rem contra hereticos procedendi rationem conscribi jubet. sed quæ nec ad pacem nec ad Belgicæ quietem quidquam contulit.

Cardinalis Antonius quoque Prenotus Cardinalis Granvellanus de Granvellanus clinandi procerum atque aulicorum livoris ergo ex Belgio discedit Belgio migrans mense Martio primum in Burgundiam, inde in Hispaniam a Rege evocatus proficiscitur.

Mandal igitur Rex et Principes suprascripti illius loco Margareta gubernatrici simul a consilio, et ante omnia castam sectam religionem catholicam servari curent: cui non sequiter intus paruerunt; verum non multo post contra expressa Regis mandata, neglecto et insuper habito Viglio Zuchemo privati concilii preside, et Carolo Berlaymontio ararii prefato Concilium ipsum et ararii cameram magna rerum perturbatione et confusione ad se tanquam ad Concilium statutum Belgium ad attrahere conati. Unde et inter Principes simul conscientie liber. tates, et in vulgo novarum rerum avido dissensiones statim aspirat. et tumultus excitati plerisque omnibus clandestinis ad conscientie libertatem Gallis nuperime concessam aspirantibus.

Hæc de rebus publicis præfati ad res Ordinis nostri convertamur.

Capitulum generale Ordinis nostri in domo Curie ob incendium et ruinam domus Cartusie nondum

reparata celebratum est 1^a Maii.

Missa de Spiritu Sancto pro gratiarum actione com-
pleti sacri Concilii Tridentini injuncta.

Ultimus professor
domus Basilee.

Obiit D. Thomas ultimus et unicus filius domus Ba-
silee; qui per 30 annos et ultra usque mortem perse-
veravit in domo, atque in hunc usque diem dicta domus
integra perseverat, quam vidisse et perambulasse
se anno 1616 testatur D. Theodorus Petreus dum ad
Capitulum ascenderet Prior tunc domus Dulmanie,
non sine admiratione magna quod quaquaver-
sum venisset et cellas nitidissimas, et fenestras
in ambitu pulcherrimas, præclara insuper aliquot
illustrissimorum virorum (quos inter et Cardi-
nalis quidam visitur) saxa sepulchralia, qui
tempore Concilii Basiliensis quod ad annos circiter 20
duravit, istis defunctorum, qui non nisi apud no-
stros contumulari voluere. Priori domus Trajectensis fil-
ordinatio Provincie misericordia, qui fuit D. Bartholomæus de Schoonhovia,
et institutus Procurator (sicul tunc temporis repe-
fiebat) et sequenti anno Prior domus Zirczæ, et
post mortem successoris restitutus Prior domus Ultra-
jectensis sue professionis, et præficimus (habet Carta)
in Priorem dictæ domus D. Theodoricum Visitatorem
Provincie Leuthonia ea causa a prioratu domus S. Lo-

D. Theodoricus Meerwoon priore absolutus, de qua re sic habent monumenta
Visitator institutus Prior præfate domus. D. Theodoricus Meerwoon professor do-
domus Ultrajectensis. mus S. Sophia principalis Visitator cum maximo tumultu

Ratum huc advolavit, et tandem majore parte Con-
ventus amuente introductus est licet, tamen ad hoc
coacti quoniam multa in domo S. Gaphie per
illum dilapidata erant, profuit 10 annis et, anno 1577.
pate 9 Augusti interit: ignoscat mihi lector, non
hec scriberem, nisi palam omnibus esset, qui de
eo audierunt, plura scribit Gerardus de eo qua ex
ore antiqui famuli domus S. Gaphie accepit, in eo
V. P. D. Jacobo Dionysii Visitatori hujus Provinciae nomen
ipsius iniuriam et ingratum fuit, studeamus ergo me-
moriam nostri meliorem relinquere; in cumulum ma-
lorum hoc accesserat, quod hec Provincia magis
exemplarem non fuerat sortita pastorem: omne
caput languidum, et omne cor marens ut ait Pro-
pheta, si caput doleat compatiuntur et patiuntur
reliqua membra, quod ego vel minimum non
sine gemitu cordis refero, nec facerem si alii non
precessissent, obiit tamen in officio et gavisus est,
ut spero pleno Monachatu qui per Capitulum
ei concessus est.

D. Henricus Successit Heerunio in Prioratu domus S. Gaphie
Henrico Prior Henrico D. Henricus Henrico professor domus Prior tunc
domus Mona- domus Monachorum, quam 13. annis recessit, et re-
chorum a suis center Convisitator Provincia institutus, per Conventua-
comprofessio Prior electus Procuratoris officium in domo professionis
S. Gaphie Eli- sua exercuerat annos 64.
gitur.

Priori domus Bruxelle non fit misericordia, et
super remissione S. Guilelmi praposi domus Valencen-

narum ad dictam domum habeat patientiam tam ipse quam Conventuales; credo eum fuisse qui catena ferrea erat ligatus et perpetuo secum trahebat, miserum quod timor et amor Dei non plus eum stringerent;

Priori domus Lovanii non fuit misericordia et D. Joannes Schielman professor et Vicarius dictae domus vadit hospitatum ad domum valencenarum, et ibidem exercet officium Procuratoris ad Ordinis voluntatem.

Ordinatio de reci- Volumus et ordinamus quod si forsitan personae Ordinis
piendis Monachis Provinciae Picardiae ab haereticis aut aliis adversariis fuga-
ab haereticis fuerint, et ad Provinciam Leuthonia confugerint. Visita-
gatis. tores et Piores domorum dictae Provinciae humane et
benigne praefatas personas suscipiant et tanquam pro-
fessis domorum suarum provideant.

Ipsis feriis D. pa. Ferdinandus Imperator levi febre initio, mox
eobi. Apostoli vehementiore per semestre tentatus accedente aqua
diem suum oluit intercutem, quae massa sanguinis corrupta, jam se-
sanctissimus et per tumorem insolitum prodebat: cum sum-
omnibus modis mun diem instare praesagiret, non tamen
Catholicus Princeps ante diem divo Jacobo votivum et sacrum
ceps Ferdinandus excessurum e vita affirmavit, ut quemadmodum
Romanorum dicebat, is peregrinus apud nos, ita ego Hispaniarum
Imperator Infans extra solum natale cum ipso peregriner,
placide in Deo obdormivit, ipso die festo divi
Jacobi sicut praedixerat, cum 60 annos et
4 menses vixisset, et Imperium solus annos 7 ad-
ministrasset, princeps prudentia, justitia, liberalitate,

mansuetudine, assiduitate, vigilantia nulli secundus: sed supra eas omnes virtutes pietatis in illo et pacis in domo Dei constituendæ præcimum studium fuit.

Commendatur his verbis in sequenti Capitulo: Obiit Serenissimus et Christianissimus Princeps et D. Ferdinandus Romanorum Rex et Imperator, qui multum pro fide contra Turcas laboravit pietas ejus etiam nunc relucet in nostra Ecclesia propter pulchra ornamenta quæ devotionis ergo dedit, Ferdinandus imprimis duas casulas aureas intertextas viridi serico et Imperator! nisi cruce differunt quarum una jam servit dedit aurea sacello ad portam, simile antependium, quod licet ornamenta sit viride ea parte habet tamen mixte purpureum hinc Ecclesie aureum merum nullis coloribus interpolatis, ut est et fenestram. cruce unius casula, animadverto ex historia Societatis hoc illi fuisse in more Italia ornamenta dare, nam ibi dicitur: Viennam reversus cum cognovisset desiderari Collegio ad sacerdotales amictus arasque convestendas suppellectilem sacra vestis eam sane lautam atque magnificam gemina varietate distinctam dono misit.

Fredericus 1^{us}. Sic obiit Engolstadii 3 Nonas Martii Fredericus pater in Du. Stapulplus annos 50 et unum natus. Hic 20 annis Atherano Cæsa. Luthero adhererat, postea ad Ecclesiam Catholicam Consiliarius reversus, et Ferdinando Cæsari factus a consiliis adversus catholice mori. Lutherum scribere exorsus est vehementer, et ad catholicum et multum.

notanda ejus
conversio.

cam fidem se rediisse. profitetur, cum aliis de causis
tum quia se presente Lutherus anno ferme ante obitum
demonem non modo non potuisset ab ener-
gumena ullis exorcismis ejicere, sed et in eum
excussisset demonem, obstrataque janua, egregie exce-
pisset donec per fenestram (neque enim janua
revelli poterat) qua socii effugerant pene examini
eriperetur.

Calvinus h^{ic} Joannes Calvinus Gallie presbis Geneve exinguitur
resiarcha 14 calendis junii.

moritur 13 Successit Theodorus Beza homini perditis omnium
calendas junii nequissimus. Ingenium quale fuerit, quales libidines
et quanta epus amatoria carmina satis declarant di-
gnum certe sectae Episcopum.

Historia joannis Nec praetermittenda hoc loco et anno historia
Verdolai e Societate cujusdam Patris Societatis ad nostrum institutum
sede ad ordinem transmigrantis, quam mire adornant ad suorum
nostrum trans-animos confirmandos alioquin per simplicia vota
migrantis pa-parum stabiles, et tentatio alterius precedit, qui
cum feliciter cum videret ad professionem solemnem non
admitti cogitabat nostrum ordinem, sed se postea
rectarguit quod videret se non bono zelo duci, nec
solius Dei amore perpetuam clausuram, arctum
silentium, et tantum ab hominum frequentia
recessum appetere; deinde subdit: At non idem
animi constantique Joanni Verdolai fuit. Hunc
dem rem animarum per Aragonie Valentique

et Catalauniae naviter curantem, tantaque tum ab
sacra facundia ac doctrina tum a pietate ac
magistratibus gesto auctoritate, ut parem ei vis
ullum homines epus etatis recordarentur, invitaverat
B. P. Ignatius ad ineundam secum Societatem,
datis ea de re litteris, quas ille litteras cum letis-
simum accepisset, ac veneratione summa asservaret,
non tamen de Societate quidquam expedire an-
tequam B. Ignatio aliaque velut columnis subdu-
ctis, ut collapsura prope ipsa videretur, tanquam
divina manu, ut interim auctoritate sua ful-
ciet ad miniculi instar admotus est. Quippe
adeo factum mirati sunt populi, eaque So-
cietati commendatio accessione epus accessit, ut
passim voces audirentur, oportere aliquid
sane Verdolaium in eo catu videre, in
quem tanta prudentia, tantaque sanctimonia
vir se suamque etatem ultimam commiserat.
Ille quidem profitebatur tum domum locum
se invenire aptum sibi, planeque ex animi
sui sententia. Ac tamen ad labores non parum
addiderat, tamen beneficium hoc veluti in exacto-
rum laborum nonnullam mercedem a Deo sibi
traditum praedicabat. Ceterum etate jam de-
vexa cum scrupulis agitari cepisset atque obre-
pente laborum foedio occupata hac vita distracti
sibi curas quereretur, ne quanta tranquillitate

cupiebat in unius summi boni contemplatione fixas haberet, ad hæc ab gerenda sociorum prefectura discursandaque evangelizandi causa abhorret, nostros homines (Societatis scilicet) meritoris equis, quibus sine ulla requiete huc illucque cursandum est, comparans; his tentationibus paulatim adductus est, ut quietem alibi majorem, quam ubi summam repererat quaesiturus ad Cartusiam, quam Scala Dei in Catalaunia vocant, migraret. Verum quod iis evenit, qui ait S. Basilii præ insolentia nauticæ comparandi cum in magna navi nausea conflictantur ratio odiosa est. magnitudini id navigii tribuunt, transgressisque in lembum nihilo nauseant minus, qui secum transferunt in stomacho bilem ejus mali causam: id Monacho quoque Verdolacio usu venit. Interrogatus deinde ut abundaret otio ad rerum contemplationem supernarum, cum gemitu respondit, se quidem (de se enim proprie loquebatur) ita octonas quotidie horas fatigari cantando ut postea otium non ad contemplationem, sed ad quietem requireret. Ideo viro nobili secessum a seculo meditantem consolentique ut plures expertum Ordines, ad quem potissimum accedendum sibi censeret, iis societatem suavit verbis, ut nostri pudoris non sit referre. Hactenus tamen fuit meminisse, ut religiosi homines hoc etiam tanti viri exemplo edocti consuecant in ea quam somel

complexi sunt vite forma ad perfectionem tranquillo eriti animo nec a prestigiatore Satana circumscripti se et circumagi variis imaginibus sinant: Cumque in difficultates occurrunt non quemadmodum declinent eas, sed quo pacto superent, consilium insant. Ingruunt enim multiplicata in fugientem: contraque fortiter euntem fugiunt denique duo velim hoc loco notari primum sapientiam Dei, qui societatem hanc suam per homines parum constantes non raro proxit, similes eis vectibus atque signis, quae cum edificationi ad futuram utilia fuerint ab edificio removentur: deinde quam in hoc vite instituto obedientia perfecta sit: ac proinde ipsa instituti ratio quam excelsa et ampla, quam tot virtutum decora

Verba collectivissime illa obsequii perfectione non expleant: quasi vero omnia ista perissent, et naufragium per apostasiam fecissent et non potius ad tutiorem portum pervenisset, si tamen sua bona nosse ei datum fuisset, nec ex unius exemplo de ordinibus statuendum est, nec etiam alios in eodem regno potuit avertere quin nostrum ordinem peterent, imprimis R. D. Andream a Capella, cuius merita et virtutes sancta mitra coronavit et decoravit.

Societas privilegium obtinuit a Paulo papa tertio ne cuiquam ex illa liceret ad alium Ordinem

transire quam ad nostrum. Verum cum animadver-
sum fuisset multos per hoc posticum quod Pontifex
illis aperuerat, egredi; non multo post obtinuerunt
Breve Apostolicum a Penitentiario, quo cavebatur ut
ne quidem liceret eis ad Ordinem Cartusiensem
transire. Quod ubi subditi perceperunt, ratum non
habuerunt per Provincias Hispanie sed nec Italiae
videntes se frustratos hac libertate; ita ut coacti
fuerint superiores, qui tunc erant Romae sub cele-
ritate Congregationem convocare, in qua ut turbatos
animos lenirent, renuntiaverunt Brevi, statimque
cursores per omnes provincias expedierunt qui re-
nuntiationem Brevi factam significarent, quo
nuntio provincia pacatae sunt et motus omnes
cessarunt. Priusquam autem huic Brevi renuntiassent
voluerunt in virtute illius multos magni nominis
viros reperere per Italiam, qui ad nostrum
Institutum sese transtulerant, procedentes contra
eos cum imperio, cum excommunicationibus
et aliis censuris, a quibus oppressi minores confu-
gerunt ad sanctissimum D. Pium papam V
qui declaravit non obstante hoc Brevi posse eos
licite ad Ordinem Cartusiensem transire, sicque
factum est ut qui jam ad nos se transtulerant
remanerent; indigne satis graviterque tulit Sua
Sanctitas factum Penitentiarii vel ob id maxime
quod se inconsulto id fecisset, cum in re tanti
momenti cunctantius procedendum sit atque ideo

funditus mutabit Breve illud Penitentiarum.

Cum hanc historiam de Verdolayo scripserim D. Bernardo Gort Priori Cartusie Ulyssiponensis, tale responsum reddidit heros: Et certe satis male quicumque sit ille; nam illa verba de octonis horis in choro cantandis defatigatione licet Verdolayo imputarentur non erant in historia generali conscribenda maxime ab his, qui non multum lassantur in choris. Pape otiosam res est aut parum proficua octo horas consumere in choris sanctorum religiosorum? Quid enim pulchrius et Deo gratius et delectabilius laude divina cum hoc officium sit Angelorum? Quid namque Joas de Seraphim in sua visione dicit, nisi quod clamaret alter ad alterum dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum? Quid etiam B. Evangelista Joannes in caelo audivit, nisi vocem multorum dicentium Alleluia; salus et gloria et virtus etc. si dixerit auctor; sic locutus fuit Verdolayus, ostendat ipse tabulas testimonii aliter enim rem suo cerebro fictam dicemus. Insuper non omnia qui licent semper honesta sunt, non enim ad hoc, ut suos stabiliret Religiosos in praedictum alterius religionis aliquid ei profere decebat; nam minime mala facienda sunt, ut veniant bona, et contra regulam optimi juris est velle quemquam locupletari cum aliena jactura. Alia

media religiosiora et honestiora bonus auctor poterat componere, quae haud desunt peritis et sanctis ad edocendam et predicandam stabilitatem nec erat necesse apophthegmatibus uti apocryphis et quae ad rem non pertinent. Ceterum Joannes hic Verdolay Pierenensis Regni Navarrae presbyter theologus et apostolicus predicator venit ad Ordinem ex Societate 14 Novembriis 1562, qui jam 20 Decembriis anno 1534 investitus fuerat, et tunc non perseveravit. Obiit anno 1573 18 Februarii vir tam timorate conscientiae ut bis in die confiteri sacramentaliter solet.

Anno 1565.

Sub anni praecedentis finem et hujus initium, sex septimanis continuis gelu perduravit, ea glaciei firmitudine, ut ab altera a Natali Dominico die usque ad festum Epiphaniae diem scaldis constrictus ad Antuerpiam pedibus curribusque transiretur, officinas item mercatorias tabernaque ingente hominum multitudine confluyente sustineret. Pervenit etiam ac Bossa currus gravissimis oneribus onustos transmitterent. Hinc estate subsequenti per inferiorem Germaniam et Regnum Gallicae magna granorum penuria laboratum ac corruptis nimio gelu seminibus rarissima messis collecta est.

Aere gelu quod frumentorum penuria subsequuta est.

Obiit D. Petrus Weystems professor et domus Bruzelle hospes in domo Monialium Brugis, quondam Vicarius vivit in Ordine 55 circiter annis, et functus est officio hujus domus.

Circa hoc tempus obiit D. Petrus Weystems professor et domus Bruzelle hospes in domo Monialium Brugis, quondam Vicarius vivit in Ordine 55 circiter annis, et functus est officio hujus domus.

Vicarii in hac domo professionis suae circiter 11 annis.

Per ordinem obierunt 56 Monachi, 22 Conversi, 1 Monialis, 17 Donati, circiter 95 personae.

^{Domus} Archie- Instituta per Capitulum generale Missa pro
piscopus Casar. ^{Domus} in Christo Patre D. Archiepiscopo Cesaraugustano
augustanus fun- qui maximo zelo devotionis edificabat novam domum.
dator unius Priori domus Zirczæ fit misericordia (procul charta
Cartusie. habet) et praeficimus in Priorem domus D. Bartholo-
maeum Procuratorem domus Ultrajecti, qui superiori
anno fuerat absolutus a Prioratu dictae domus.

D. Franciscus Priori domus Bruellæ (D. Francisco Caveneer) fit mi-
de Caveneer sericordia ad suam magnam instantiam, et cum
Prior domus dem instituiimus Procuratorem dictae domus antiquo
Bruellæ a Prio Procuratore absoluto, et praeficimus in Priorem dictae
rati absolute domus D. Christianum (Routz primum professum
et Procurator domus Lyra) propterea a domo Zirczæ absolutum
instituitur.

Capitulum generale celebratum est in domo Cu-
rerix ob incendium et ruinam domus Cartusie
nondum reparatae.

Dixit mihi D. Franciscus Prior absolutus se tam
fuisse letum ac hilarem eo die quo accepit suam
absolutionem, quam quo fuerat ad Prioratum pro-
moxus et revera vir erat minime ambitiosus aut
alta querens, nam si voluisset ire postea in Franciam
invitatus a Reverendo Patre cum D. Wenceslao potuis-
set illic promoveri, sed maluit inter suos privatus
degere: fuit tamen ipse primus professorum Prior,
sic in medio cursu absolutus, nec usque in hunc

diem licet plures hae domus Piores habuerit contigit conven-
tualibus electio, nescio quo Dei iudicio, Providentiam tamen
Reverendi Patris et Capituli generalis debemus suspicere
qui nobis de melioris note Patribus Piores dederunt
alias saepe domos viduantes propriis pastoribus ut no-
bis providerent, atque hic imprimis D. Christianum
Koutz a Prioratu domus Triciczer evocantes in hae
domo regia civitatis collocarunt, quasi lumen ponen-
tes supra candelabum, nam vir erat doctrina et
facundia praeditus qui etiam postea ad officium
Visitatoris principalis hujus Provinciae promotus fuit.

D. Henricus de Topso die Visitationis Beatissime Virginis Mariae D. Hen-
ricus Middelburgh ricus Middelburgh emisit professionem coram D. Eras-
facit professio. mo Priore domus Montis S. Gertrudis qui pre-
nem et quid cedenti die ex Cartusia venerat et absolutionem
legaverit.

Prioris domus hujus in charta attulerat. Dominus autem
Henricus Middelburgh legavit Conventui 8 florenos
hereditarios et 36 florenos ad vitam suam, et adhuc
50 florenos semel recipiendos omnes istos redditus post
mortem Patris, qui adhuc supervixit aliquot annis
post cujus mortem heredes recusarunt satisfacere
testamento, et plures processus habere debuimus, et
 tandem conventum fuit quod pro omnibus
annis retardatis deberent nobis assignare annum
reditum 28 florenorum redimibilem decimo octavo
denario, qui etiam postea redemptus fuit, et
pecunia inde proveniens exposita prout in com-

puta domus patet.

2 Aprilis P. Franciscus Cavenaer receperat D. Georgium Cooman Mechliniensem, qui anno sequenti sub P. Christiano fecit professionem.

Egmondanus ex Hispaniis in Belgium Aprili mense reversus, de exequendis Carole edictis, inquisitioneque servanda, et aliis ad Eleri reformationem juxta Concilii Tridentini decreta stabilendis seriam Regis renunciavit voluntatem. Quia vero religionis negotium absque praelatis et theologis commode tractari non posse videbatur; convocavit gubernatrix una cum Concilii proceribus Martinum Rithorem episcopum Tynensem (quem peculiari nomine Rex expresserat) Anthonium d' Hunez episcopum Atrebatensem, judocum de Cileto prepositum in Watcourt, Wilmarum Bernardi primum Lovanii in jure canonico professorem, aliosque Flandriae Ultrajectique Consiliarios et Provinciales qui super instructione et voluntate regia per Egmondanum relata consulere. Ibi de omnibus actum ac conclusum nihil in haereticorum coercionem remittendum, attamen Turiacus, Egmondanus et Hornensis sese opponere et contra nisi sunt, in malum sibi metipsis.

Urget interim Ducissa apud Episcopos et Provinciarum proceres urbiumque curatores Concilii Tridentini promulgationem; paret inter ceteros ar-

chiepiscopus Cameracensis, ceteri fere omnes tergiversantur et refragantur.

18 Novembis Alexander Farnesius Octavius Parmae Placentiae Ducis et Margaritae Austriacae gubernatricis nostrae filius nuptias Prussellae celebrat cum Maria Emanuelis Lusitaniae Regis nepte ex filio Eduardo, quam in Belgium adduxit Comes Mansfeldius prout memini me legisse, ac in curru deaurato ipsam ingredientem se vidisse retulit P. Proyerius.

Hoc anno obit in domo nostra Donatus Joannes (Kultrien ni fallor et 9 Septembis) prout habet sequentis Capituli charta sed cognomen non potui bene legere.

Non possum silentio praeterire quod in Hispania nuper accidit. Primumquam Sua Sanctitas Pius V sub excommunicationis sibi reservatae poena vetuisset ne qua mulier cujuscumque etiam conditionis et status, etiam Comitissa, Marchionissa vel Ducissa pedem inferret intra septa domorum Ordinis nostri Castuensis, et aliorum (cujus forte prohibitionis non minimam causam dedit quod narrat P. Joannes Madriaga in Vita S. Brunonis) solebat P. Pater noster Generalis quibusdam principibus feminis, quas patiebatur molestiores, interdum concedere licentiam intrandi monasteria nostra, et perlustrandi omnia. Concessit itaque licentiam hanc presenti anno 1565 Domine Mariae de Mendoza uxori magni Commen-

datoris Legionensis Domini Francisci de Cobos Marchionis
 Labiotensis itemque secretarii Suae Majestatis Catholicae,
 simulque et sorori ejus Abbatisse Belemensi, Mar-
 chionissa quoque de Camarasa, et Comitissa denique
 de Bibadania, ut octo numero possent ingredi do-
 mum Ordinis, et interesse solemnitati G. P. S. Pau-
 nonis. Ingressae sunt Cartusiam nostram Dominae de
 Aniago, quae circiter tribus leucis distat Valisoletis.
 Dies iste vero fuit illis potius Aciago quam Aniago
 id est potius infestus et infelix quam felix aut
 faustus. Quamvis enim diem illum viderint, quem
 ut aiebant, letissimum in vita sua habuerant,
 imo qui ad cumulum desideriorum suorum (quam-
 vis forte nimis curiosorum) cesserat eis prosperissime,
 ad extremum tamen id est ad vesperum versus
 est eis in fletum acerbiorum multo quam ad ma-
 tutinum letitia. Egressae sunt monasterio completo
 diei festi officio, non sine qualicumque furto, nam
 Domina Beatrix clam furata est digitum quem
 detraherat corpori S. Urbani, quod ibidem quiescit;
 cumque tres simul ascendissent Rhedam versus
 torrentem, qui vicinus erat, trahunt incertum quo
 periculi timore, visoque confluyente praecipites currunt
 in eum. Est enim confluens qui ex duobus fluvio
 Adaja et Duero conflatus in modum torrentis pra-
 terfluat, nec potuit ullis unquam viribus eos au-
 riga reprimere, sed prout ait ille fertur equis au-

ripa, nec audit currus habenas ita et ille fractus est
 in præceps. Ut vero Rheda cepit aquis immergi, statim
 amisso vado fluctare cepit, erat enim profundissi-
 mus tam in ipso margine ripæ quam in ver-
 ticeo gurgite. Qui stabant in ripa clamabant ut
 esilirent e rheda neque crederent aquis potius,
 quod Marchionissa quoque fecit et filia ejus. Sub
 hæc, casu adfluit religiosus quidam, qui in illo quo
 erat suo procinctu misit se in aquas et extraxit
 eas. Verum Donna Beatrix filia Comitissæ de Ri-
 badavia et nepotæ Domina Maria de Mendosa nun-
 quam ausa est exire, et se committere aquis, unde
 paulatim mergi cepit, nec erat qui subveniret ei,
 nam impetus undæ prohibebat: ad extremum
 tandem quidam ejus vernaculus desiliit in profun-
 dum, et unco injecto traxit eam jam pene exa-
 nimem ad littus, quam complexa mater ejus, et
 inter brachia sua comprimens visa est statuere eam
 in exemplum toti Hispaniæ, quasi rebus ipsis etiam
 non verbis omnes et singula monens cuius accidere
 posse quod cuiquam potest. Atque ita citra sub-
 sidium ullum sacramentorum mortua est in ripa
 fluminis in oculis matris.

Hujus tam funebis casus debuerant aliquando, de-
 bentque hodie meminisse plures alix nobiles et
 ignobiles femine, quæ ut satisfaciant vanæ cu-
 riositati suæ et corrupto affectui non verentur in-

quietare pauperes Religiosos. Hæc Madriagans. Varii sunt casus humani, et non absimiles in hac urbe et vicinia non ita diu contigerunt, quod si tamen ita sit ut curiositatem harum mulierum castigare Deus voluerit castigavit in iudicio, et nisi ea periret quæ curiositati etiam furtum et non nullum sacrilegium adiecit, cetera sata mirabiliter erepta, et quidem per Monachum ut evidentius invitarentur ad Deo regratiandum et famulo ejus S. Brunoni quia illustres erant Domine, famam hujus casus longe lateque divulgatam facile arbitror, et ut dici non minimam causam dedisse Pontifici Romano prohibendi introitum mulieribus cujuscumque status etiam Marchionissis et Ducissis ad claustra nostra, prout mos scribam.

Curcæ a Re Helitam insulam Curcæ occupare nituntur, sed repulsi. sed multis militum millibus amissis discedere coguntur. Sequenti anno commendatur in carta Capituli Nobilis Balthasar de Humana qui obiit in conflictu Balthæ pro fide catholica.

Pius IV moritur. Pius IV Caroli Borromæi Cardinalis nepotis sui manibus sacramentis Ecclesie munitus adstantibus Paleoto et Syrloto Cardinalibus e vita excessit. Pontificatus anno 5^o, mense 2^o, die 15 ætatis 66^o anno, mense octavo, nona vero die Decembris anni 1565. Hic edificavit ecclesiam Cartusie in Thermis Diocletianis et habuit plenum monachatum.

Eugenii Martyris ossa e Dionysiaco templo Coletum sunt investa celeberrimo apparatus 14 Calendas Decembris.

Hoc anno 1565, 2 Julii, obiit Illustris Dominus Renatus de Chalam Comes ac miles Ordinis Colaris Mareschalus Sabaudie et benefactor Ordinis ac de fundatoribus domus Petrae castri. Restituitur hoc anno Ordo S. Mauritii et Lazari cujus perpetuus princeps et caput est Dux Sabaudie. Lege Paulum Morisum. lib. 3 orig. monast. c. 7.

Pius V creatus Pontifex vir agri Alexandrino ex Ordine Dominicano Cardinalis doctrina et creatus pontifex ad 7 Idus Januarii, rexit Ecclesie sanctitate am. Pii quinti nomine annos 6, menses 3, dies 23 ea vixit probitate, ut exemplum dedit. Benefici et mitis ac vere christiani Pastoris speciem ac formam posteris expressam reliquit.

Subjungam superiori narrationi concessas ingrediendi ~~monast~~ bullam hujus Papae Pii V qua revocat licentias quibusdam mulieribus concessas ingrediendi monasteria, quae data fuit primo Pontificatus sui anno quamvis post aliquot menses.

Revocatio licentiarum quibuscumque mulieribus concessarum ingrediendi Monasteria et loca quorumcumque Ordinum regularium.

Pius Papa quintus ad perpetuam rei memoriam. Regularium personarum, quae relicto saeculo Dei se obsequio dedicarunt, pro commisso no-

bis officio, quieti consulere cupientes, ad ea removen-
 da, quæ religiosum earum propositum impedire
 possunt curam nostram libenter intendimus, ut
 nulla re, quæ eas a divino cultu avocet, præpe-
 dita secundum ordinum suorum regularia insti-
 tuta, et decretum sacri Concilii Tridentini,
 tranquillis mentibus gratum altissimo impendere
 possint famulationem. Quia igitur et Cartusien-
sium Ordinis, et aliorum regularem vitam
 professorum quies non parum solet, sicut acce-
 pimus, perturbari, propterea quod mulieres mo-
 destie matronalis oblite, domus et Monasteria eo-
 rum, contra ipsorum instituta prætextu confes-
 sionalium, aut aliarum litterarum Apostolica-
 rum ingredi audeant ipsi etiam Abbatibus
prepositis, Prioribus, et aliis presidentibus aliquando
 recusantibus et remitentibus, non sine magna
 eorum molestia nec sine gravi laicorum etiam
 offensione ac scandalo, si quando admitti nimis
 facile videantur, huic rei providere volentes, motu
 proprio, et ex propria scientia, ac de Apostolica
 potestatis plenitudine, omnes et singulas facultates
 ac licentias ingrediendi monasteria ac domus car-
tusiensium, et aliorum quorumcumque regula-
 rium Ordinum etiam Mendicantium mu-
 licibus cujuscumque status, gradus Ordinis, conditio-
 nis, et quacumque dignitate et præminentia præ-

ditis, Comitissis, Marchionissis, Ducissis, sub quibuscumque etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque fortioribus, efficacioribus et insolitis clausulis, nec non irritantibus decretis ab Apostolica Sede quomodocumque concessas, quarum tenores perinde ac si de verbo ad verbum presentibus insererentur, haberi volumus pro expressis, tenore presentium revocamus, et eas, irritas et inanes esse decernimus distincte prohibentes mulieribus quidem predictas facultates et licentias pretendentes sub excommunicationis late sententiae poena, postquam harum litterarum notitiam habuerint, a qua non possint nisi a nobis, aut a Romano Pontifice, qui pro tempore fuerit, absolvi, preterquam in mortis articulo ne dictas domos et Monasteria ingredi audeant, ipsis vero Monasteriorum et Conventuum Abbatibus prepositis, prioribus et aliis presidentibus, quocumque nomine vocentur, et eorum Monachis canonicis et fratribus sive mendicantibus sive non mendicantibus sub privationis officiorum, quae in presentia obtinent, et inhabilitatis in posterum ad illa, et alia omnia, et suspensionis a divinis ipso facto sine alia declaratione incurrendis poenis, nec eas introducere admittere aereve presumant. Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ceteris-

que contrariis cujuscumque. Volumus autem quod hæc litteræ ad valvas basilicæ B. Petri Apostolorum Principis, et in cancellaria nostra atque in acie cammi Floræ de more publicentur. quia vero difficile foret has litteras ad omnia loca deferri, volumus et declaramus, ut earum exemplis et transumptis manuscriptis vel impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis ac sigillo alicujus prelati munitis, ubique fides habeatur, ac si presentes exhibitæ essent vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Procuratoris die 23 Octobris 1566, Pontificatus nostri anno primo.

Reginæ et Circa quam decretalem est primo animadverti-
cipiuntur et tendum, quod hic non prohibetur ingressus
fundatrices. Reginarum, Princesarum et filiarum Regum.
Si enim Summus Pontifex eas comprehendere
vellet, ipsarum meminisset, sicut meminisset co-
mitissarum, Marchionissarum, etc. cum in
illis major sit ratio dubitandi quam in istis.
Pro quo est advertendum, præsertim P. Alphonsus
de Cesarrubius, quod per Gregorium XIII ex sen-
tentia congregationis Concilii Tridentini patris An-
dree Amadeo, tunc zelato Italici Ordinis Minorum
S. Francisci de Paula querenti an per supradictum
Pii V statutum censeretur derogatum suæ re-

gula concessioni, ut singula Domina de stirpe regia procreata, ac etiam omnes hujus Ordinis fundatrices quæ locorum ejusdem Ordinis septa communiora videre postulaverint, eadem honeste cum sua comitiva intrare ac devote visitare tolerentur: et, fuit declaratum non censi derogatum quoad Reginas vel fundatrices duntaxat. Ita refertur in actibus trium Capitulorum ipsorum fratrum a P. Paraseo compilatis. Et dicta declarationi stando videtur solum reginis et Imperatricibus hoc fuisse concessum. At ex supradictis videtur non solum Reginas sed etiam Princessas et Regum filias prope jure optimo admitti. Sed standum est declarationi papali, ubi de ea est indubitata et authentica notitia. (Rodriguez q. 4^a, art. 1.)

D. Martinus Moor flander primo professus Sylva Moor secundo S. Martini fecit hic secundam professionem, prout hic profetetur. antiqua Statuta permittebant.

2 Aprilis D. Georgius Cooman Mechliniensis emisit suam professionem coram D. Christiano Poutz qui Cooman facit præterito anno fuerat recte monachali Donatus professionem a D. Francisco Cavener.

coram P. Chri- D. Hercules Wynchilius paucis diebus ante videlicet octava hujus mensis monachum induerat juvenis humanioribus litteris egregie eruditus, et ex patriciis oppidi Bruacellensis ortus, de quo postea

sepius erit sermo.

In carta huius anni obire habetur D. Henricus Kempt profusus domus Bruxelle hospes et vicarius in domo Herbipolitana et olim prior domorum Erfordia, et Marti B. Marie in Ilmbach in Franconia, dies ignoratur, quia peregre mortuus est.

Obierunt circiter 50 Monachi 16 Conversi, 3 Moniales, 10 Donati, persona 80. Quidam D. Claudius Abrise secularis ab hereticis occisus commendatur.

Cum Summus Pontifex approbaverit et confirmaverit atque mandaverit ab omnibus Christi fidelibus observari decreta et constitutiones Concilii Tridentini, quibus post Deum vere et perfecte obedire tenemur, hortamur igitur et precipimus omnibus et singulis personis Ordinis ut dictis decretis et constitutionibus se accommodent et obtemperent ac illa quoad fieri poterit, et quantum in eis est observent, et executioni demandent.

Personae Gr- Cum Visitatores, Piores, officiales, quam alie dimis exhortan. personae Ordinis studeant se absque alio man-
 tur ad re- dato reformare, et ad pristinum propositum, formationem et observantiam regularem vitam suam et mo-
 norum. res reducere. propterea licentias quascunque et spaciamenta hactenus concessa domibus et personis

Ordinis, et consuetudines quae adversantur integritati et simplicitati nostri proposito revocamus, revocatas aut saltem suspensas declaramus donec per Visitatores et Priores Capitulum generale aut B. P. Cartusiae informati fuerint.

Solitudo re- Hortamur praeterea Visitatores et Priores ut su-
commendatur. perfluos discursus et inordinatos evitantes se in exemplum stabilitatis subditis exhibeant nec licentiam amplius dent. Conventualibus exeundi ad curiam ad adventum quorundam ecclesiasticorum seu secularium id petentium nisi fuerint Episcopi aut Principis quibus commode denegari non potest, magis autem studeant solitudini et silentio incumbere et omnes edificare.

Quod etiam de Vicariis Monialium et Monialibus intelligi volumus, ut unusquisque per se ipsum se reformare et restringere studeat.

Discreta no- Quia ex indiscreta receptione Novitiorum et
nitiorum re- personarum ad Ordinem multa mala et
ceptio incul- scandala occurrerunt, hortamur, praecipimus et
catur. prohibemus Prioribus et Conventibus domorum Ordinis ad formam Statuti de cetero recipiant personas ignotas, de quibus debita informatio haberi non potest, et exactam diligentiam adhibeant ad bene probandum personas receptas, nec eas ad professionem admittant, nisi probabiliter cogno-

verint aptas et ductibiles et communi et saniori
consensu Conventus, quas instruendas committi
volumus ad discretionem Prioris personis idoneis,
et non juxta corruptam consuetudinem qua
mundam domorum, quorum Priorum conscien-
tiam oneramus, quia ex defectu directorum
multi deficiunt et mali proficiunt.

Renovamus Ordinationes Capituli generalis anni
1538, quæ talis est: Quamquam nostrum Capitulum
generale hætenus subditorum nostrorum salute et
consolationi absque inordinata personarum ac-
ceptione satis prospexerit et prospicit, non-
nulli tamen nostri Ordinis in animarum
suarum periculum et nostræ religionis confu-
sionem a Regibus, Principibus, Cardinalibus et
utriusque sexus magnatibus litteras commendatitias
vel requisitorias impetrare ad Capitulum nostrum
generale vel super annum ad P. Patrem Cartusie
non verentur, ordinamus et presentium tenore de-
claramus personas, quarum gratia de cetero talis lit-
teræ mittentur ad nostri Ordinis obedientias esse
et perpetuo fore inhabiles, et hujusmodi ordina-
tiones confirmatas declaramus hujusmodi personas
ex nunc prout ex tunc absolutas ab officiis, et
perpetuo inhabiles, ac voce activa et passiva pri-
vatas nec esse immunes a censuris ecclesiasticis.

Carta Capituli non Experientia docente novimus errore fuisse com-
misi correctæ reci- missos in transcriptione charta Capituli generalis
privatis.

ob id multas indemnitudines evenisse ordinamus et injungimus Visitatoribus et Convisitatoribus seu etiam Prioribus missis a Provincia, ut de cetero juxta alias ordinata non recedat a Cartusia nisi prius carta Provinciae cum originali fuerit correctata et signata per Scribam Capituli generalis, aut deputatum ad id per R. P. Cartusiae, taliter quod si de cetero hoc neglectum fuerit aut aliquid mali acciderit Visitator aut Convisitator et Prior missus a Provincia plectetur poena exemplari.

Conversi hortantur. Quia Conversi cohortantur magis se stabilire, seu ad stabilitatem. quam Monachi per Statuta Ordinis, ut de cetero qui ad suam instantiam voluerit se transferre de domo in domum non detur eis equitatura, nisi discretio Prioris aliter judicaverit propter infirmitates aut debilitates aut aliam causam rationabilem, quos hortamur ut de cetero magis se stabilient.

R. P. D. Petrus Gordenus Prior Majoris Cartusiae moritur. Non diu post celebratum Capitulum generale 24 scilicet Julii ad meliorem vitam migravit Reverendus in Christo Pater D. Petrus Gordenus Prior Majoris Cartusiae qui tam vigore Statuti quam concessione Reverendorum Patrum Capituli generalis habuit triplicem cum psalteriis Monachatum praefuit circiter 12 annis. Fuit utriusque juris Doctor eximius.

In eadem carta sequentis anni habetur quoque

Petrus Morant (vel Averan) qui tempore su-
multus semper astetit Reverendo Patri in omni-
bus negotiis fidelis adiutor.

Succedit in Prioratum Cartusie P. P. D. Ber-
nardus Carrassus.

V. P. D. Gerardus Obitus quoque V. P. D. Gerardi Hamontani haud
Hamontanus exiguam Cartusie Coloniensi (quam per annos ter
Dux Cartusie denos prudentissime rexit) cladem attulit, quo
Coloniensis enim is melius de pauperibus mereri studebat,
clausit extra iisque largiores impartiri elemosynas eo cu-
mum & Au- mulatione accedebant. Conventui bona. Qui cum
gusti. auditione perciperet, oculisque suis conspiceret
quam strenue in vinea Domini laborare in-
ciperent. Patres Societatis Jesu eos et apibus lar-
giter fovit, et quantum in se fovit etiam aliis
magnatibus Principibusque commendare studuit.
Hujus hortatu Laurentius Turius, vir. eterna me-
moria dignus, animum primo ad scribendum
appulit, quin et precipuus fuit Deipara Vir-
ginis. cultor et amator, cujus ut Rosarium
affectuosius piorum hominum inculcarot, animis,
suis curavit imprimi expensis Exercitia quaedam
valde pia et salutifera de Beatrix gloriosa
Virginis Mariae. Fuit quoque Rhonana Provin-
cia Visitator, discessit e vita hoc anno 4 Nonas
Augusti. Vide Biblioth. Cartus.

Viam universae carnis ingressus quoque est

Obiit quoque 6 hujus mensis et anni 1566 D. Joannes Courneur
 D. Joannes Courneur professor hujus domus hospes in domo Capella quon-
 dam hic sacrista, Procurator et Vicarius. Hic est
 hujus domus et impiger scriptor qui librum fundationis descripsit,
 quondam Pro-registrum bonorum, et alia multa quae econo-
 curator. miam domus tangunt, libros Dorlandi et alios
 historicos. Vixit in Ordine viginti circiter annos et
 amplius.

Libellus supplex 5 Aprilis Bruxellae Frederodius adjunctis sibi mino-
 origo belli Bel- ris nobilitatis viris plus minus quadringentes libellum
 gici. supplicem pro religionis libertate Margareta Austria

Belgicarum provinciarum Proregi offerunt, et
 illum quidem omnium malorum fontem, ex
 inde coepit proh dolor! Respublica nostra Belgica
 in praesens ruere ac retro sublata referri. Guber-
 natrici ob multitudinem supplicantium perterrita
 Comae Parlemontius dicebat: Ne timeas mea
Domina non enim sunt nisi Gensii. Duae vox

Origo nominis quod nebulones ocurrasque significaret, excepta,
 Gensiorum, de occasione illis fuit, ut scriptum peramque
 rivatur a latino mendicorum sibi desumerent pro fessera, uten-
 verbo ganeone tes simbolo fideles Regi adusque peram. Excepti
 et mendico hi praesidio fuere in domo Eulenburgensis, quo sub
 finem mensis venere Aurarius et Engmondanus
 Regi sanitatem et Gensii fausta precantes.

Brederodius Hol. Interea Brederodius peragratis Hollandia oppidis
 landos sollicitat sagittariorum sodalitia ad quos novi molendum
 ad defectionem.

solicitabat, alii quoque alios in provinciis: ita ut Magistratum auctoritas pene contemptui haberetur quoque Regem status Belgii satis perturbat, certiorum redderet, Montegium et Bergensem Marchionem in Hispaniam mittunt confederati cum interea variarum religionum ministri evocati per Belgium impune vagarentur. Horum, qui Memmois Fisiis paradoxa nuntiabant, grati erant infimæ plebi; qui Lutheri dogmata nobilibus et peregrinis atque advenis Germanis: sicuti Calvinii doctrinam predicantes mercatoribus plerisque, et non fere jurisperitis, qui paucis antea annis fuerant in Gallia permoti. Horum præcipuus minister erat Hermannus Strickius Lovollensis, qui Brevia Eucharorum: illorum Matthias Flaccus Illyricus, qua Mogdenburgo Saxonia Antuerpiam appulerant, ambo partes suas strenue defendentes. Tuere et nummi Vianenses a Brederodio percussis cum apri capite inter flammam, nimirum familie sue tenera, quibus ferro flammaque cuncta devastanda esse denuntiabantur. Firmabat ille presidio apudulum suum Vianam interea, cum federe

Conciliabulum juncti nobiles ad S. Gudonis urbem conventus ha-
 Quenorum in bent, ferreis catenulis ac ligneis scruphis, palliisque
 crypta S. Gu. furnis inauspicato ornati. Ubi tam dira propo-
 sita fuisse dicuntur, ut ad ea etiam Brederodius

Formula peje-
 ramonti.

Par le pain, par le sel et par la besace
 Les yeux ne changeront point quoy que l'on face.

exhoruerit propositum scilicet fuit una eademque nocte per decem et septem inferiora provincias trucidare omnes ecclesiasticas personas, quod Deus Opt. Max. divina sua Providentia et clementia avertit.

Regi Philippo in Balsaino nemore agenti destitutorum causa filia ex uxore nata est pridie Idus Augusti, cui nomen Isabella Clara Eugenia, Belgica Princeps futura, atque etiam se Deum in S. Gudule cantatum fuit, sub cuius imperio magna concordia fuit inter Principes catholicos, et longo tempore inducia cum adversariis, quiete et pacifice gubernati populi, multa ecclesie recuperata, nonne erecte, operabamur inimicos fidei catholica humiliandos dum nunc viduata propria manu clavum dirigit, verum exigentibus peccatis nostris preterito anno gravem cladem accepimus, dum Bucooducum in armorum Vessaliam astutia inimici occuparunt.

Antuerpiae, Syvæducis, Gandavi, Cornaci, Valentianis, in Geldria item et Hollandia, Zelandia et Frisa, et alibi mense Augusto templa catholicorum a caliginis violantur. Idem antea in agro Casletano, et alibi in Flandria fex nebulonum fecerat. Imagines Divorum, qui cum Christo regnant deturbate quæ Iconomachia lectorem illius judæ Machabæi admonet, qui cum in templum yerosolymæ ingrederetur videns similiter a judæorum hostibus omnia devastata atque confracta his verbis:

Sancta et haec Con-CVLcata sunt et Contra Mlnata.

Exclamavit ex quorum verborum litteris numerantibus fatalem hunc Christi MCCCCCLXVI profiguratum annum colligimus.

Nec domibus Ordinis nostri parcitum, imo cum essent agrestes magis cladi patuerunt omnes vix nam passae sunt praeter novissimam Lovaniensem Cartusiam.

Cartusia Valen. Antiquissima Valencenensis die B. Apostoli Par-
cenensis destructa. Tholomaei repentina Geuziorum irruptione, vel
sta. potius seditiosa Hugonotorum ac praedonum manu, quae tunc in pago des Marlui sita erat, diripitur, et immani eorumdem feritate concremata funditus evertitur.

Hem Corna. Nec Cornasensis Cartusia eorum manus evadere
cemia. potuit, quin potius circa idem festum J. Par-
Tholomaei destructis sacris altaribus, sanctorum violatis, mutilatis ac disiectis imaginibus, effossisque ac contaminatis sepulchris et fundatorum corporibus inde eductis ac vimineis vinculis in eorum colla injectis, et contumeliose hinc inde in su-
Immanis bar. premam domus aream raptatis et ignibus crema-
baries Guesio. tis (paucis assibus exceptis, quae postmodum col-
rum. lecta in sacristia recondita sunt) locum hunc
annu sacrilego sceleratissime profanassent, et omnibus direptis in solitudinem redegressent. Reli-
giosis interea primo ad eximiam heroinam Do-

minam Helenam de Vergi, (quae Domino Petro de Werchin senescallo Harmonie de genere fundatorum istius domus juncta matrimonio fuerat, atque anno 1556 mille florenos ad aedificationem cellae liberalissime contulerat) profugis, quae eos ad aliquot dies humanissime et liberalissime in castello suo du Priez suscepit, et de necessariis providit, deinde per alias domos Ordinis dispersis. Demum ipso Nativitatis Dominicae die flammis suppositis, cum varia suppellectile, et insigni bibliotheca raptim latibulis abdita in favillas et cineres penitus redegerunt, quo etiam die Abbatiae S. Nicolai in praetis Canoniorum Regularium huic domui vicina, Monialium ejusdem Ordinis in praetis porcinis, et nostrae Dominae du Lauchoit Monialium Ordinis S. Bernardi juxta Cornacum pari infortunio arserunt nec non Cartusia Dominae nostrae de Marcourt, quia ex historicis patet secundo eam sectarios petiisse ad demolendam, verum occurrerunt eis D. Norcarnius et Passegemius Insulae praefectus et non paucos ex eis prostraverunt.

Mense Augusto Cartusia quoque Buscoduensis a sectariis qui ibidem etiam grassabantur, misere discepta est.

Prabantis ne quid attentarent terrori fuit miles Bruxellis vicinus. Lurinus. Hinc in suo computo P. D. Christianus Noutz Prior Cartusiae nostrae in Schuet posteros suos orat quatenus considerare velint infelicissi-

munum ac ferream securum quod sustinuit toto tempore sui Prioratus, nam in expleto primo anno exorti sunt, inquit, tumultus magni, et bella gravissima, que adhuc durant et interea quoque sæpius debuimus relinquere Conventum, et fugere ad civitatem propter pericula, et frequenter recipere milites tam equestres quam pedestres in magna copia, qui multis diebus ibi haerent, plus consumentes uno die, quam totus Conventus spatio duorum aut trium mensium, præterea debuimus dare diversis vicibus graves exactiones et contributiones ac extortiones.

Cartusia Jan Hoc quoque anno Cartusia Gandensis rebus suis densis spoliata spoliata fuit, mirum si mansisset intacta.

Moniales Cartusiane prope Brugas perbeneque hospitio exceptæ sunt a S. Ludovica Veldie Priorissa Carmelitarum in Lion Brugis per dimidium annum postea reversæ ad primogenium locum in suburbano.

Diximus supra D. Joannem Lilmanum professum Cartusie Lovaniensis promotum fuisse ad Vicariatum domus Valencenensis hoc anno destructæ, et ideo existimo hac hyeme ad illum dedisse sequens carmen D. Joannes Gerulphus tyro quondam ipsius in religione insignis poeta hujus temporis in quo secundum ²innotatam ipsi pietatem magis plangit animarum quam domorum perditionem.

Ad D. Joannem Lilmanum Cartusianum
praepceptorem olim suum

Nuda pedes, quanguam terra jam sentibus horrent

Haec vulgo, tamen in nuda elegia pedes

Crinibus in passis inconcinnisque capillis

Et discincta procul, sectaque veste rudi

Mærentis tantum, tantum lugentis abito

Culta toga: luctus tempora nostra decet

Et mea contendens omnes superare querelis

Præcorum Athrenos, funereosque modos

Nunc abiit miseræ tempus tibi lecta canendi:

Nunc nunc cantandi tristia tempora adest.

Viderunt nostri ridendi tempora patres:

Tempora nos flendi natio prava sequens.

Et fletus immixtas omnes regionibus hinc

Cartareas furias jam Remesimque gravem.

Ne quos offendas autem dirisque lacessas

Vocibus, innocuis fletu modesta sonis:

Quæque homini liceat jam deplorare cuius

Quæque pios deceat, flere dolenda fleas.

Et fletura satis nequissima tempora coram

Fletuque sanguine sua fronte gerente viro

Coram Lilmano satis in fletura, ego quondam

Duo didici ritus instituisse sacros.

Junge tuas ejus lachrymis lugentis iniqua,

Quæ fiunt, ac jam nota pericula nimis.

Modestia poete

Ezechielis 9.

Pietas poete.

Plangite plangamus summo dignissima fletu
 Tempora: quis non hæc plangat, amabo, videm?
 Vatu jeremie lacrymas poseamus ocellis
 Nostri, vel major nunc ita causa jibet
 Corpora ducta procul populi captiva ratiatus
 Deflebat vates, ac data multa meci
 Nos animas querimus captes eheu ad Averna
 Pergere, et hæc alias perdere morte simul
 Deducant igitur lacrymarum flumina calda
 Palpebræ, o mea cum collachrymante tua,
 Non oculi pupilla tui taceat, tibi dum sit
 Humor, et evacues intima queque tua.
 Nec tantos luctus mirabitur ille, nec horum
 Inquiret causam, quana sciat ipse quoque
 Sed ne quid, nimis fomen, et spem ne meliorum
 Abjicias: vel ea vince vigente metum
 Vivit adhuc a quo bona toto oriuntur in orbe
 In bona qui novit vertere summa mala
 Qui tempestatem sudo mutare sereno
 Postque hujemem duram ver dare molle sibi
 Ast opus est humili, calido, validoque rogatu
 Quem bona commendet vita, fidesque pia.
 Sic orare Deum te credimus, ac tibi vitam
 Chære Pater, talem novimus esse diu
 Atque ut sic pergas etiamque etiamque rogamus:
 Est operi merces magna futura tua

Ne vero titubet jam spe, quia noxia gentis
 Obstat ubique precii multa gravioque stus.
 Certe adiutores multos tibi credere debes

Esse, precemque esse hanc plebis ubique Dei
 Quae gens Christicolum natiuae non inscia sortis.

Jam nobis placidae vota recusat opis!
 Perge frequentis egent anima precis hic periturae:
 Ne careant isthaec he, nec ego ille stus.

Doctor Martinus Navarrus divini humanique
 juris consultissimus anno 1566 8 Julii in Cartu-
 sianam S. Mariae a Paular Madridi pene mortuus
 delatus, ibi Virgo Mater ejus patrona in tertium
 diem sanitatem impetravit Religiosorum in
 ea commorantium intercessione. I Com. Tract. de
 Redilibus Ecclesiae quest. 2.

Anno 1567 primum apud nos cepitum est a
 Circumcisione Domini seu Calendis Januariis anni
 exordium, cum antea sancta Resurrectionis dies
 natalitius esset anni nostri. Locrius.

Ob id fateor me facile in chronologia errasse,
 quod evitare potuissem, si mihi constitisset passim
 sic apud omnes annum inchoatum fuisse, aut
 scivissem in quem diem Pascha incidisset.

Brabanti Flandri Leodicensis, Cameracenses et alii Belgae more Ecclesiae Gallicanae
 annum a Paschate inchoarunt usque ad annum 1577 (alias 1567) quo illa epocha
 edicto regio est abrogata, et commodior introducta a Calendis Januariis. Veneti
 hodieque a Calendis Martiis et Legatus Avenionensis a die 25 Martii annum
 ordinar. Miraeus.

Ca. est humanarum rerum conditio, ut etiam ea, quae ab Apostolica Sede matura et provida deliberatione statuuntur et ordinantur, nisi saepius renoventur, et legum penis fulciantur temporis injuria et aliquorum improbitate negliguntur seu depravantur, aut modo aliquo infringantur, vel in dissuetudinem labantur. Ideo B. P. N. Generalis privilegiorum nostrorum confirmationem petit et obtinuit a Pio V tunc Ecclesiam gubernante. Et Bulla talis est:

Confirmatio omnium et singulorum privilegiorum
Ordinis Cartusienis per S. D. N. P. Pium V.

Pius V confirmat Ad perpetuam rei memoriam. Immensa Romani privilegia Ordinis Pontificis benignitas, si cunctis Christifidelium votis nostri. honestis Apostolicae Sedis auxilia implorantibus oportune consuevit annuere: multo libentius favores Apostolicos impartiri illis debet, qui sub obedientia et habitu regularibus, abnegantes carnalia desideria, et rerum terrenarum delectationem spernentes, divinis obsequiis se manciparunt, ac sobrie, juste et pie in hoc saeculo vivere, supernaeque meditationi assidue vacare proposuerunt. Cum itaque sicut delecti filii Minister Generalis, et Piores, et ceteri Religiosi Cartusienis Ordinis nobis exponi fecerint, plures atque diversi Romani Pontifices praedecessores nostri plurima atque varia pri-

vilia, indulta, facultates immunitates, exemptiones et gra-
 tias eidem Ordini, ac illius domibus Prioribus, Monachis,
 Conversis, Donatis, Oblatis ac aliis personis concesserint, quæ
 pro majore robore et subsistentia cupiunt a Nobis con-
 firmari. Nos professores ejusdem Ordinis quem virtus
 altissimi ad laudem sui nominis jam supra qua-
 dringentos annos in Ecclesia militanti constituit, ut
 in sancta, qua vocati sunt vocatione liberius pro-
 ficere valeant, non minoribus favoribus et subsidiis
 Apostolicis, quam fecerunt alii predecessores nostri
 assistere volentes eorundem humilibus supplicatio-
 nibus in hoc etiam nobis porrectis inclinatis, om-
 nia et singula privilegia, indulta, facultates, concessio-
 nes, immunitates, exemptiones et gratias Ordini Car-
 tusiensi, ejusdemque tam virorum quam mulie-
 rum domibus prefatis, ac eorum utriusque sexus
 personis per quoscunque Romanos Pontifices præ-
 decessores nostros etiam motu proprio quovismodo
 aut causa conjunctim vel divisim ac tam in
 specie quam genere concessa eorum omnium et
 singulorum etiamsi talia continerent, quæ non
 in generali sermone comprehenderentur, sed specia-
 lem ac individuum mentionem requirerent, te-
 nores et effectus, ac si de verbo ad verbum hæc

Nota Sum. V. post celebratum concilium Tridentinum multa
 privilegia Ordinibus Mendicantibus concessione ac vetera confirmasse nec non
 ejusdem Concilii decreta declarasse quas exemptiones, gratias et privilegia extendit
 ad Ordinem Cartusiensem. Bulla data 17. cal. Septembris ejusdem anni 1567 continen-
 tione ratione seminariarum pauperum clericorum juxta Ordinem Concilii exigendo-
 nec non subsidiorum exceptis duobuscal, etc. Vide Navarra. in Manual. c. 2. in fine.

insererentur et specificè enarrarentur, pro plane et
 sufficienter expressis habentes, in videlicet dumtaxat, quæ
 in usu existunt et decretis ac ordinationibus sacri
 œcumenici Tridentini Concilii non repugnant, Apo-
 stolica auctoritate et ex certa scientia nostra fe-
 nore presentium approbamus, confirmamus, ac immo-
 ramus, ac illis firmitatis robur adjicimus, ac inviolabi-
 liter observari debere, quodque nullatenus nisi per
 rescriptum nostra manu et Romani Pontificis pro
 tempore signatum derogari possit; siquæ per quos-
 cumque Judices et Commissarios et S. R. E. Cardinales,
 ac causarum palatii Apostolici Auditores, in quaris cau-
 sa, et instantia sublatas, eis et eorum vicibus, qua-
 vis aliter judicandi et interpretandi facultate judicari
 et definiti debere ac etiam si secus super his a quo-
 quam quavis auctoritate scienter vel ignoranter atten-
 tari contigerit irritum ac inane decernimus. Man-
 dantes omnibus et singulis tam Metropolitanarum
 quam Cathedralium Ecclesiarum canonicis aliisque
 personis in dignitate ecclesiastica et ubique locorum
 constitutis, quatenus per se alium vel alios eidem
 Curatensi Ordini, illiusque domibus Ministro Generali,
 Prioribus, Monachis, Clericis Donatis Oblatis, et aliis
 utriusque sexus personis tam in genere quam in
 specie efficaci defensionis presidio assistentes, faciant
 illos et eas confirmatione, approbatione, immutatione,
 adjectione, decreto et aliis nostris hujusmodi pacifice

fieri, et gaudere; non permittentes per quemquam de
 super indelēte motari, contraditores, rebelles, quoscum-
 que per censuras et penas ecclesiasticas, et alia juris
 opportuna remedia appellatione postposita compresen-
 do, illarumque incidere declarando ac legitimis super
 his habendis servatis processibus, censuras et penas
 antedictas etiam iteratis vicibus aggravando, invocata
 quoque ad id si ipius fuerit brachii secularis auxilio.
 Et quia difficile erit has nostras ad singula loca
 deferri, volumus quod illarum exemplis et impressis
 sigillo ejusdem protectoris vel alicujus curie ecclesia-
 sticæ ac Notarii publici subscriptione munitis ea-
 dem prorsus fides in judicio et extra ubique
 adhibeatur, quæ originalibus ipsis si ostenderentur,
 adhiberetur. Non obstantibus premisis ac omnibus quæ
 dicti prædecessores nostri in eorum litteris voluerunt
 non obstat, nec non constitutionibus et ordinatio-
 nibus Apostolicis et ceteris contrariis quibuscumque.
 Datum Romæ apud S. Petrum sub amulo Pesca-
 toris die 18 Martii anno MDLXVII, Pontificatus nostri
 anno secundo.

^{Ill^{mus}} autem et ^{Ill^{mus}} I Ludovicus Simoneta
 S. R. E. Cardinalis protector et fautor Ordinis obit
 penultima Aprilis hujus anni, ni fallor.

Valencenenses quod Cartusianorum cœnobium et
 Vedasti templum vastarent, aliaque insignia facinora
 perpetrarent, neque Ducem Archothorum et Comi-
 tem Egmondanum ad se missos audire vellent,

declarati sunt Regie Majestati rebelles. In fine
 mense Martii Norcarnius adirectis Cannaco, et
 aliis vicinis oppidis majoribus tormentis, vexilla ad-
 versus Valencenas explicuit, moxque urbis membra
 tanta vi quassavit, ut incole nulla se suendi
 spe reliqua, confestim colloquendi facultatem pe-
 tierint, qua sub vesperam admissa, promiserunt
 quibusdam suae rebellionis congruis conditionibus
 deditorem facere, verum cum non fuissent
 auditi, postera die sub auroram, duobus et viginti
 tormentis rursus membra salutantur, turresque
 novelle dirimuntur, nec prius abistitur, quam
 sub meridiem manibus solo equatis pervius fa-

23 Martii ancillisque militi in oppidum pateret ingressus.
 no 1567.

Hinc Valencenenses omni spe abjecta Regis arbitrio,
 Portae Infel sole in vesperam inclinante se dedunt. Eadem
 non pro Vale. itaque die, qua erat Dominica Palmarum a me-
 ent a D. Verso videlicet cum praecipua copiarum parte ingreditur
 eam. Norcarnius. Atque haec Valencenarum urbis muni-
 tissimae memorabilis expugnatio sectariorum animas
 valde dejecit.

Ad Verso Regem quod fuitra extollior se a Vda X
 Valencena dolet d. Vra x Vna. Cave.

Cartunia Circa Calendas Maii Cartusianorum castrum
 Amsterodamen. extra Amsterodamum situm sexaginta milites
 sis diripitur. diripuerunt sed non impune ut videtur est
 apud Turium quoniam Carolus Primus Magnus
 Brederodianos milites persequeretur ipsemet Brederodius

Reus erat (conjuratorum facile princeps) Amstelredamo acceptis a
 qui aut consulibus quatuor mille florenis teritus sub noctem
 Regem agnanavigio discessit tendens Elivium versus, ubi postmodum
 sceret aut vita defunctus est postremus virilis sexus Hollandiae stir-
 catholicam p̄is.

religionem
 fueretur. D. Livinus Cumens Gandensis Prior domus Capella post-
 quam praefuisset 8. annis obiit anno, et loco ipsius
 institutus est rector D. Joannes Baert professor do-
 Priorum munitus Gandavi, sed per chartam non fuit confirmatus,
 factio in do- sed D. Andreas Gooft Hulstensis professor domus Lova-
 mo Capella nū procurator vero domus Gandensis ad Prioratum di-
 et obitus per. etc domus Capella fuit promotus, congratulatorium
 sonarum et carmen illi cecinit D. Gerulphus comprofessor ejus
 benefactorum quod postea subjungam.

Ordinis. Obierunt et D. Joannes Spui senior professor
 et Procurator domus Scotiae.

D. Gabriel clericus professor et prior domus
 Gosnary, monachi 54, Conversi 18, Moniales 7, Do-
nati 16, personae circiter 95. Benefactores: D. He-
 chior Deblene magnus fautor et benefactor
 domorum in Francia; D. Andreas Chebault be-
 nefactor domus Banetarum, commendatur quoque
 magnificus et illustris Dominus Bourdillon Ma-
 riscalus Francie, qui pro fidei catholicae defensione
 (cujus ipse patronus et protector singularis) occu-
 buit.

Ordinationes

Quoniam in pluribus mundi partibus hoc tempore
 tam calamitoso propter defectum personarum Ordo
 manifeste deficit, ita ut nihil aliud superesse
 videatur ad medendum atque obviandum tante
 cladi, nisi ut oculos in caelum levemus, et caeleste
 impetremus auxilium. Et quia S. Pater Patriar-
 cha Joseph sponsus S. Virginis inter electos eius esse
 videtur, cuius multa in ordine habetur memoria,
 qui implorando divino auxilio in tanta necessitate
 patronus et intercessor sit aptissimus volumus et or-
 dinamus ut pro Ordinis nostri sustententia et
 sancta perseverantia de bono in melius atque alius
 ejusdem necessitatibus, ut de cetero in omnibus do-
 mibus Ordinis festum S. Joseph 19 Martii solemniter
 celebretur cum candelis sub officio unius Confessoris
 non Episcopi cum collecta et evangelio proprio
 sicuti in missali Romano habetur, ut tanti
 sancti patrocinio hic consolationem, et in futuro
 vitam aeternam consequi mereamur, et homilia
 in matutinis legatur sicuti legitur in vigilia
 natalis Domini quando accidit in Dominica, quae
 est S. Joannis Episcopi quae incipit, Hoc est
 caeleste imperium

Antequam hanc ordinationem unquam vidissem
 fuit mihi relatum quemdam fratrem Societatis
 dicens se a quodam Cartusiano accepisse post.

quam Ordo cepit solemniter colere et invocare S. Joseph, novitias plurimos sibi a Deo subministratos, sed et a nostris intellexisse quandoque Patres Francos juvenes in scholis aluisse et in Ordinem recepisse satis prospere quoniam plerique Piores extiterunt.

Electio Priorum Declaramus et volumus ad tollendas nonnullorum juxta formam inquietudines quod electiones in Ordine nostro fiant Concilii Tridentini juxta formam Concilii Tridentini per vota secreta, sine faciendis, ita quod singulorum nomina nunquam publicentur sed dumtaxat in communi dicatur, quod Dominus talis habet tot vota et est canonicus electus; in reliquis vero servetur statutum, et electiones post editionem Concilii generalis hoc modo celebratas ratas habemus et canonicas arbitramur. Præterea declaramus consuetudinem in Ordine nostro frequentatam quod Visitatores in domibus in quibus non sunt electores idonei, et sufficientes aut in eligibiles personas non conveniunt aut alias constituent Rectores per Capitulum generale postea confirmandos aut removendos non contravenire Concilio Tridentino ubi ait quod aliter electio facta non valeat, quia aliud est eligere aliud vero defectu electionis Ecclesie viduatae de Pastore providere. Et precipimus quod si quis temerarius Priori suo per hanc viam provisionis electo insultaverit quod non est rite electus nec institutus incarcerationetur ad Ordinis voluntatem.

Ordinatio ~~no~~ Insequentes ^{mi} D. N. Papæ mandatum et sacri
 statu digna Concilii Tridentini constitutionem et nostri Ordinis pro
 reformatione positum et institutum omnes et singulos Visita-
 tores Priores et officiales et personas Ordinis ex parte
 Dei et Ordinis nostri hortamur, monemus et rogamus ut
 sincere et caste summo Pontifici vicario Dei et Or-
 dinis obedire studeant et respective satisfacere, etiam
 imprimis Visitatores Deam præ oculis habentes absque
 personarum acceptatione officium visitationis et exer-
 ceant et exequantur juxta mentem Summi Ponti-
 ficis et sacri Concilii et formam Statutorum et
 Ordinationum Capituli generalis et seipso in exemplum
 Priores stabilitatis subditis exhibeant. Priores vero R. Patrem Cartusie qui
 sibi exemplum nunquam exit terminos imitentur, in monasteriis
 subditis præ sibi creditis resideant. Patres et Vicarii matres obser-
 vantia regularis in divinis laudibus persolvendis et
 ceteris actibus conventualibus subditos precedant, exemplum
 stabilitatis et normam religiose conversationis præbeant,
 nec pro brevi causa ad negotia extra domos suas exe-
 ant, sed ea permittant et faciant fieri per Procura-
 tores Conversos, Donatos aut seculares quæ per eos commo-
 de exequi possunt nec extra domos suas pernoctent sine
 scitu Vicarii et Procuratoris aut alterius ipsorum non
 obstantibus licentiis quibuscumque tam per chartam
 Capituli quam aliunde concessis. In domibus ita re-
 sidentes subditos sibi commisos visitent, exemplo, verbo

et opere ac veritate instuant ad meliora provocent et
 necessariis Ordinis rationaliter provideant, superflua non
 necessaria et omnem speciem et fraudem vitii pro-
 prietatis, et fraudis suspicionem ab eis auferant ad for-
 mane voti propositi. Et quia experientia nos satis do-
 cuit tenacitatem quorundam Priorum dedisse occasio-
 nem proprietatis, Monachis precipimus omnibus Visita-
 toribus et districte injungimus, ut ubi audierint hujus-
 modi querelas Monachorum sollicitè curent ne quid-
 quam Capitulo generali remittant (aut) R. Patri
 nostro et de necessariis Monachis provideri faciant
 alioqui in futuro Capitulo gravis ab eis dictae ne-
 gligentiae exigetur ratio, quod ut leviori labore exequi
 valeant, habeant ipsi Piores claves omnium cellarum
 Monachorum Conversorum, vel unam singularem,
 quae dictas cellas aperiat prout dicti Piores viderint
 melius et commodius expedire, alias vero seras dicta-
 rum cellarum licet hactenus tolleratas damnent, et
 auferendas fideliter et diligenter curent. Et quia non

Stabilitas loci minor est ratio stabilitatis quam obedientiae cum
 multum incul-pari solemnitate eodemque pectore et ore utrumque
 votum emittatur, Monachos et Conversos, qui quasi
 suae professionis et stabilitatis promissa oblivisci vi-
 dentur, et per singulos annos de provincia in pro-
 vinciam, de domo in domum discurrere per civitates
 et oppida transire, residere, seipos et Ordinem scanda-

ligare graves personas seculares et aures Summi Pontificis offendere non verentur in perniciem sui salutaris profectus, hortamur, monemus et precipimus, et in visceribus Jesu Christi obsecramus, ut suum adventum ad religionem, propositum et fervorem devotionis et votum stabilitatis emissum resumant, cogitent, et de cetero corpore et spiritu se stabilere studeant, et iuxta puritatem, simplicitatem, et integritatem nostri propositi ambulare et proficere in via Domini satagant. Quibus declaramus Capitulum generale, R. Patrem Cartusie et Visitatores sive commissarios et Priores Ordinis nullam prorsus daturam licentiam sive facultatem transmigrandi de provincia in provinciam, seu de domo in domum absque urgente et inevitabili necessitate, de qua prius Capitulum R. Pater et Visitatores etiam in actu Visitacionis erunt informandi, et certiorandi antequam aliqua facultas sive licentia concedatur. Poterunt tamen Visitatores pro persolutione divini officii ubi deerint personarum de aliis providere, ne divinum officium intermitteretur omni fraude cessante prout viderint expedire, vel urgere pro Dei et Ordinis honore, et R. Patrem Cartusie informare, et conscientias et honorem ipsorum Visitorum, et cujuslibet ipsorum oneramus, quibus precipimus et mandamus sub attestacione divini iudicii et pena arbitanda ut mentem Summi Pontificis sacri Concilii et nostri Ordinis super reformatione vite et

morum et restitutione ad puritatem pristinam nostri
 propositi in suis domibus et visitationibus publicent et denun-
 tiant et observari faciant, et nihil prætermittant agere
 quod ad Dei laudem et salutem profectum animarum
 facere possunt, et tam fideliter sincere et mature in
 præmissis se habeant, ut merito de iis Summus Ponti-
 fex informari et contentari possit.

Præterea confirmantes quæ superiori anno ordinata sunt,
 prohibemus Visitatoribus, Prioribus ac cæteris officialibus ne
 Monachis Conversis, et aliis personis Ordinis quæ propter
 suam importunitatem, levitatem sive curiositatem
 cum propter obedientiam sive causam justam et ra-
 tionabilem ad alias domos sive provincias transferun-
 tur directe vel indirecte equitaturas ministrent aut
 ministrari permittant, nec pecunias pro viatico illis
 tradant, sed tantum famulis honestis de quibus provi-
 deant committant, nec pro fardellis pecuniam tri-
 buant, ut in humilitate discant stabilitatem, quam
 noverunt, servare. Spaciamenta Monachorum et Con-
 versorum quæ integritati Ordinis et salutari profectui
 animarum adversantur et impediunt jam suspensa
 non revocent et annullent ut omnis suspicio et fraus
 et fraudis suspicio tollatur. Cætera vero spaciamenta
 et recreationes quæ conducunt et cooperantur salutari
 profectui animarum, quæ non sunt suspensa decla-
 rent et limitent, ut ab omni levitate et suspitione cu-
 jusvis mali cessantibus serventur in singulis domibus visi-

Sandis, per eos legantur registrari et observari faciant, præ-
 cipiant et mandent. Prohibitiones et litteras Summi Pon-
 tificis ne mulieres ingrediuntur domos Ordinis et eadem
 ratione prohibeant, prout nos prohibemus, nec Reli-
 giosi colloquia mulierum habere permittantur nisi
 tantum semel in anno cum matre et sororibus, aut
 qui parentes hujusmodi non habent cum propinquiori-
 bus in porta aut alio loco ad hoc deputato, sed cum
 consilio Priorum et Vicariis deputandi eos qui curam
 Novitorum et directionem habere debent. In domibus
 Monialium mandatum et prohibitionem Summi
 Pontificis ne seculares utriusque sexus eadem domos
 Monialium ingrediuntur intiment et notificent ac pro-
 hibeam ne ipsos seculares suscipiant vel ingredi per-
 mittant sub penis in litteris contentis: quas quin-
 tem litteras prohibitorum Summi Pontificis et alias
 super clausura Monialium ibidem registrari fa-
 ciant, et in manus Prioris sive sent custodiendas et
 de promissis per eos exigendis et responsis, et de parata
 voluntate obediendi ita scribant, ut eorum scripta
 et executio Summo Pontifici monstrari possit.

Quoniam vero jam satis superque nobis perspi-
 cuum est tot statuta et ordinationes Capituli ge-
 neralis non sine gravi factura et periculo animarum
 marum a multis Prioribus Ordinis contempta fuisse,
 precipimus districtè et injungimus Visitatoribus pro-
 vinciarum, ut tam salubres ordinationes et Ordinis

mandata in visitationibus suis a Prioribus observari efficaciter faciant, et quos culpabiles et inobedientes invenerint rigide puniant, ut Capitulum generale et R. Pater noster cognoscat quam cordi illis fuere ^{9^{mi}} Concilii Tridentini, Summique Pontificis et Ordinis jussiones et precepta servare, aut dictum R. Patrem N. admoneant ut futuro Capitulo eos ita puniat, ut ceteris transeat in exemplum. In charta etiam suarum visitationum sine personarum acceptione et dissimulatione aliqua ita amoveat et declaret ut Capitulum generale inobedientes ab obedientibus discernere possit, et eos graviter punire. In hac parte dictorum Visitatorum conscientiam oneramus, et oram Deo et ordine novissimos exoneramus.

Dilecto filio Ministro generali Ordinis Cartusienensis
 Priori Monasterii Magnae Cartusiae Gratianopolitanaensis.
 Pius Papa quintus dilecto filio salutem et Apostolicam benedictionem. Cum tam illos qui relicto saeculo vitam religiosam professi sunt, quam clericos seculares non parva reformatione indigere constat, quare oportet eos qui talibus Ordinibus praesunt sui officii memores esse, ea quae in suo cujusque Ordine corrigenda compererint, diligenter corrigere et reformare. Proinde devotionem tuam hortamur in Domino et monemus, ut per provincias in quibus tua sunt posita Monasteria mittas Visitatores idoneos, qui divini honoris

habeant zelum, et suam et vestri Ordinis existimationem diligant ad religionem in eis locis in quibus collapsam repererint erigendam et quidquid reformatione indiguerit secundum instituta et regulam vestri Ordinis fideliter reformandam, qua in re tantam abs te diligentiam adhiberi cupimus, ut tua et Visitatorum tuorum opera noster relevetur labor. Et tu propter meritum apud Deum de tali officio laudem a nobis consequi merearis. Datum Romae 1566, Pontificatus nostri anno primo.

D. Henricus Hierlo professor et Prior domus Sylvaudensis Convivitor provinciae 20 Maii vita defunctus est, qui prius fuerat Procurator 14 annos dictae domus et 13 annos Prior domus Monachorum sepultus in ecclesia Conventus tunc destructa.

Propter absentiam fratrum datus est Prior a Capitulo generali D. Bartholomaeus de Doers professor ejusdem domus qui longo tempore scilicet 12 annos functus fuerat officio Procuratoris.

Post reditum Patrum a Capitulo generali D. Gerulphus Cartusianus Lovaniensis dedit hoc carmen:

Ad Andream Loeth Lovanii quidem religionem Cartusianam ante professum, sed post in diversis ejusdem instituti Monasteriis alibi aliis officiis functum.

In Christo totum salvere Loethum

Cumque sua corpus mente valere pio

Ne Pastor niveis oculis quo munere desit
 Pars ipsi desit munere nequa sui.
 Corpore cum valeam tibi notus amice Gerulphus
 Est animo, medicum cur querar, ante bonum.
 Invalidum nucleum, quandoque putamine forti
 Nix, tegit, ac ludit dente petita gulam,
 Arida, mens valido latitans in corpore nobis
 Non desiderio satisfact ipsa suo
 Sed nimis hoc vero mulcet solamine segnem:
 Quod non quæ cupias, hæc quoque cuncta quæas
 Denique crede mihi scribenti seria vere:
 Indigeo precibus pauper inersque tuis.
 Tu te fis melior semper (laudoque coloque)
 Inque bona virtus consita crescit humo.
 Quam vidi (quamvis eret non parva) minorem
 Nunc incrementis eminet aucta suis.
 Nunc alii etiam virtutes inseris ipse:
 Nunc et crescentes excolis ore tuo.
 Virga suburbanis ita primum surgit in hortis:
 Dehinc sub se sobolem gignit alitque novam.
 Exiguamque tegens, blandam circumjicit umbram:
 Quoque bibit succos ipsa, ministrat ei.
 De celo flusum Pastor cum protet amorem
 Letari dubites, hoc et amore gregem?
 Doctrina Christi gaudens, hac parvitur ipse:
 Doctrina Christi parcere gaudet oves

Cernitur arbor Atla tua nunc: hic aurea mentem
 Cum ramis arbor aurea poma gerit
 Sunt etenim factus, ac igne rubentia mala
 Virtutesque, suæ discipulique viro.
 Qui docet ad cælos animis consurgere fratres
 Ductor et anguinos usque cavere dolos
 Prædixi id quamvis nec sic in vaticulis evem
 Rex ut Apellarum Eis patre natus erat.
 Conjeci, et certe prædixi non male, signum
 De gravitatis habens indole grande pice.
 Noster enim visit me tum Martinus amicus
 Quum Gandensis eras tu nova Martha domas
 Martinus cujus notum cognomen habetur
 Jansenius, plebis Pastor et ipse suæ.
 Hic igitur mecum faciebat mutua verba
 Mentis quum subit inter utrumque tui.
 De se præbet enim, qui tertius absit amicus
 Sermonem, quoties junxerit hora tuos.
 Absentem frustra simul optabamus adesse
 Quando quod evenit, mox ita fabar ego:
 Qui solita cum laude gerat sua munera, spes tum
 Militiæ est sacre jam fore multa ducent
 Tempus erat cum jam sacra post comitia Patrum
 Ad patios horum quisque redibat, a gros
 Post paulo ex his qui tenis accenerat ille
 Et venit et verum me cecinisse probat

Nunc age perge precor dum scandas ipse gregemque
 Cogas in superi pascua lecta soli.
 Nam bona profuerit nihil incepisse cuiquam
 Si responderit finis ad ipsa male
 Cum bene sacrifices caudam stunicatus ad imos
 Usque pedes. Cursu est meta petenda bono
 Haec equidem scripsi solus fugiente precandi
 Tempore: tu precibus damna repende tuis
 At hanc ceu junctis posuisse coronida dextris
 Credas hic fratres: frater amice. Vale

Haec aestate percrebuit rumor Ferdinandum Alba Du-
 cem jussu Ducis ad tumultus Belgicos sedandos in
 Italiam appulsum delectus agere, et veteranos praesidia-
 rios Sardinae, Siciliae, Neapolis atque Mediolani permu-
 tare cum Hyponibus quos Hispania exportaverat, con-
 scribique gentium Alpinarum novas legiones. Quare
 Anasius, qui ad sedandos motus ditiones sibi committas
 peragraverat sibi metuens Belgio exeerit, atque in patriam
 reversus in tuto apud Anasinos suos Dillbergi consedit.
 Exeerit quoque patria Hochstratanus et Bergensis Mar-
 chio in Hispania dicit esse in vivo: unde redire Non-
 tegius quoque prohibebatur. Sic ergo obfirmans animum
 Gubernatus edicta proponere legesque promulgare, qui-
 bus Conventus Belgicis noviter exorte interdicebantur
 jubebanturque concinatores ac ministri ejusdem religio-
 nis Belgio excedere, ne velint laqueo finire vitam.

Nam Comes Egmondenſis in Flandria plerogue ſuſpendi curaverat excitans ſe hoc modo poſſe reconciliari Rege. Restaurari quoque cepta ſunt templa atque mo-

Ad incendium naſteria, quæ a tumultuante plebe fuerant devaſtata: hoc et proximis ita ut plerogue adventus Albani non videretur usque
 annis continuationem neceſſarius.

Ferdinandus Dux Augusti 21 Ferdinandus Alvarus Colotanus Abbe Dux Albanus a ſuo a Philippo ſecundo Rege dictus Belgii præfectus ejusdem Rege miſſus ac regimen auſpicatur.

9 Septembris Amoralus Egmondæ Comes et Philip Comites Eg- pro Montmorencius Comes Hornanus a Duce Albano mondanus et captivi obſcuris ſeparatim carceribus detinentur Bruælle, Hornanus appre- poſtea Gandavum ablegantur.

Octavo autem ejusdem menſis Septembris obit V. D. Joannes P. D. Joannes Verquiel Prior domus Montis S. Andree Verquiel Prior prope Hornacum et benefactor ejusdem, nec non Cornecensis Viſitator vigilantissimus provincie Picardie, quæ præfuit et Viſitator in officio Prioratus quaſi 30 annis et in officio Viſitatoris 24 moritur et et valde laudabiliter vixit in Ordine præbens omnibus summe laudatur. bonum exemplum.

Nunc iterum tumultuari ceperunt Galli, atque unumque serere bellum civile non sine florentissimi regni illius summa pernicie, postquam scilicet inter luctuosas inducias extracti essent aliquot anni ab anno nimirum 1562 usque ad annum 1567 mense Septembris. Secundum bellum ab hoc Octobri ad

Martium sequentes anni maximis rebus minime insigne
extrahitur.

Martyres Car- Herum in Francia detestantur altaria, comminuantur ima-
turiani in gines, templa multis in locis incenduntur, diruunturque,
dono quam nec etiam vivis imaginibus hoc est catholice religioni
Bouffontaine addictis parcitur, ut ex crudeli facinore illo patet quod
nominant. in oppido Niomes gallice appellari solito perpetrarunt.
2 Octobris et sequenti die in Monasterio Cartusensi quod
Bouffontaine nominant in diocesi Suessionensi sito
cujus ceteris historiam qua potero fide et brevitate narabo
edoctus ex epistolis quas ex eadem Cartusia et ex dono
Montis Dei accepi et ex aliis historiis. [Quidam vir no-
bilis sed heresi Calviniana infectus ingressus Monasterium
Fontis B. Virginis exceptus est in trichoro a V. P. D. Simone
Begnault tunc iustus domus Pioris, post aliquot verbo-
rum relictiones tempus admonuit ut applicarent
mensae. Cum igitur Venerabilis Pior dato signo sus-
pendit colloquia, et mensae lustrationem parat, jam-
que dabat, et elevata manu signum S. Crucis jam
pene formaverat, cum subito pestilens homo ille esse-
cratus Crucis signum, quod pro benedictionis investione
de more dabatur, avertit se, regressavitque in mo-
dum lubrici anguis, neglex esse putans vel videre quod
fiebatur. Nec hoc latuit Piorum qui nihil dissimulandum
ratus protulit hoc liberum et cetero dignum verbum:
Quia noluiti nobiscum communicare in spiritualibus, ne-

Benedictio mensae
causa ceteris.

que nos secum in temporibus communicare possumus.
 Sensit se percubum perfidus homo, atque furibundus
 indese proripit, et quos ad manum habebat factorum
 homines advocat. (Hugonotte enim, ut dixi, erant
 in armis, et tunc temporis ipsum Regem et civita-
 tem Parisiensem obsidebant.) Invenit facile concepti
 furoris socios, qui omnes stipulata manu pollicentur au-
 xilium, sibi que ducem illum asserunt, et ad quod-
 vis facinus auctorem. Novum quidam vidisses nobilem
 illum ducem eorum, qui jam renisse tempus gaudebat
 quod diu semper optarat, quo nimirum posset, in-
 ferre vim domui sanctarumque sacra pariter et pro-
 fana. Erat autem festus dies undecim millium Virgi-
 num quando cum conjuratis illis accessit.

Frater Cheobal. Frater Cheobaldus Connello laicus divini numinis
 glo in atrio trucidatus est. Hic fuit primus occisus
 quo genere mortis non usquequo mihi compertum
 est, sicut nec quid egerit, nisi quod illos prohibere
 aditu conatus sit, tanti gregis pro domo Domini etiam
 nunc memoria extat, prout mihi retulit V. P. Jaco-
 bus Dionysii Visitator hujus provincie qui illac semel
 transivit.

D. Joannes V. P. D. Joannes Motot Procuratorum unus scelerato
 Motot coadjutor ictus Leo animam reddidit in cellula sua.

D. Joannes Auril templum transiens ante altare ma-
 ximum ibidem scelerato interemptus est, accessit autem ad

crepidinem altaris (non sine pietatis significatione) velut
 turtur Mosaicus gutture resecto, retorto collo sanguinem
 decurrere vidit. In eodem enim loco cecidit in quo
 olim professionem fecerat, ut sanguine consignaret id
 quod voce et voto conceperat, et per mortem remunera-
 retur in caelis.

D. Joannes Bequem (alii Maignant vocant) profusus
 iustus domus eodem instrumento occubuit in sacristia.

Frater Benedictus l'Evêque promus condus inter legen-
 dum preces penitenciales necatus est in sedilibus Lateran.
 Hic laudandus, quod ipse inter mortis et casus suorum
 non est veritus in luce in oculis omnium solus in
 choro psallere, sic olim meminimus Carolum Bonum
 Comiti Regis Danie filium Comitem Flandriae dum
 prima luce religione plenus circumit sacrum pe-
 ristylum quod est supra chorum templi S. Do-
 natiani Brugis Flandrorum ab adversa factione de sum-
 mo aëre precipitatum occubuisse.

Cum igitur volverentur adhuc alii et seperant
 in suo sanguine producitur vir venerabilis P. Joannes
 Billius nudus adduciturque usque ad principem aram
 qui sicut Adam nudus et investis addebit figulo
 suo, ita nudatus omni veste fertur in gradu altaris
 addebitur cum nonnullis adhuc aliis aequè nudis, jam-
 jam feriendus nisi superveniret concitatus unus, qui
 scelestâ consilia dissocians irruit incondita voce clamans:
 Sauve de Billi, Sauve de Billi, date illi, milites, in-

V. P. D. Joannes quidem, precariam vitam, moerque circumficiens illi pael-
 de Pilli vite suum, duxit illum ad latas. Consultum est autem vite
 periculum illius, tum Dei nutu, ut admodum credibile est,
 adiit et nu- quod necessarius adhuc esset futurus multis bonibus
 datus ad mor- ordinis tum quod indignum visum sit illis virum
 tum et derisum imprimis spectate nobilitatis ita intente. Et quam-
 sed cum aliis vis ista Catholici sanguinis hirundines nihil magis
 servatus. quam eodem sitirent, tamen hic aliquando vel semel
 oculos aperire ceperunt et virum virtutum stemma-
 tibus clarum suspicere didicerunt. Noverant enim cla-
 rissimis cum ortum natalibus Patre Prorege quondam
 Carnoti fratibus et patris ac multa familia inelytum.

Quae vel quanta aliorum vexatio fuerit cogitet qui
 potest, cum tremuli starent, et seipsum nudos aspice-
 rent, et quod gravius fuit cum se patre Pillio duce
 suo destitutos cogitarent quid putas illis animi fuit!
 Verum Deus illum et illos a sententia martyrii revo-
 cavit contentus illa qua nihil dicitur offeritur bona vo-
 luntate, quae scutum est quo coronantur candidati
 milites Christi.

Non multo post spolatur templum, ex ve-
 stario proferuntur ornamenta cimelia, omnia vasa
 sacra, totaque in solidum supellex domus Domini
 congritur in unum. Non fuit ipsis hoc difficile, nam
 alii prostratis, alii metu impeditis et exhaustis non
 fuit qui resisteret eis. Itaque velut rabidi canes effusa
 licentia militari, cum duritia et stupore efferati adversus

Deum et sancta animam obfirmarent, nihil proceris sacra
 reverenti nec Deum nec locum cogitantes aggrediuntur
 Sepulchrum depositum tuum, o Deus! Regis Philippici sepulchrum
 Regis Philippici VI et quasi cum spirante vel adhuc vivente sibi dirceptum
 deturbant. dum esse discernunt. Primum igitur ante omnia
 denudant tumbam, erat autem ex solido nigro mar-
 more et colossus super eam Philippici Regis geniculantis
 ex candido similiter marmore, quem deinde profa-
 ctus unus ita fortassis aggreditur: Tu quis es? Si quod
 olim ex ore Dea fortunæ Romæ refert auditum
 Valerius Maximus: Rite me vidistis, milites, riteque
 dedicastis ex illius ore quoque audierunt, putâ quie-
 visent, sed cum necessitate fati constrictus non loque-
 retur, nec marmor nec cor quod sub marmore
 conditum erat ipso marmore frigidius eorum voces
 sentiret; oculos convertunt ad superscriptionem, quæ
 satis ipso quoque facente loquebatur videntque
 sculpta verba hæc in marmore: Philippus Catholicus.

Quibus lectis indignati supra modum, quod
 ipse sibi nomen catholici sumpsisset, quasi reum
 legum vel juris eversorem evertunt, antiquatogue
 titulo vel penitus eraso primum exauctorant mox
 que deturbant.

Fuit iste Philippus huius nominis sextus et ex
 Valensio primus Francorum Rex, qui Cartusiam Fontis
 B. Marie a Patre Carlo Valensii Comite inchoatam

perfecti, datum est autem illi cognomen Catholici ab ecclesiasticis quod eorum jura defendisset unde est iste versiculus:

Pregnantis veri cupiens ego cultor haberi
 yuro rem cleri libertatemque tueri.

Credis auctor Nobilis autem iste, qui caput et causa fuit ecclesie
 a Deo punitus. persecutionis in nostros cum finem maledicentiae nul-
 lum faceret, ante crucem transiens percussus est a
 Deo et subito dolore correptus corruit et mortuus est
 non sine magnis ejulatibus dolorem et poenitentiam
 non profuturam testatus.

scripsit de his Martyribus historiam pænegeri-
 cam D. Gerardus Eligii professor hujus domus cujus
 verbis plerumque in hac narratione usus sum.

Hoc anno altera Benedicti Abbatis obiit. presentem
 Conventu R.P.D. Nicolaus de Haerlem senior et juli-
 larius domus Ultrajectine; hic ante ingressum Ordinis
 fuerat sacerdos, vir bonus, qui usque ad mortem fuit
 magnus zelator Ordinis, olim Vicarius et Prior dicte
 domus nec non et Prior domus Campensis.

Hugonatus Tubetiam (ut dixi) sectarii obidebant. Anna Mont-
 morantius Magister equitum proelio ad Dionysii fa-
 num facto victor occumbit hostes cum duce Coligner
 P. Dionysii manis profecto fuga evaserunt. Multum ad victoriam
 13 Ronis ce- contulit Comes Srembergius et Burgundiones milites
 duntur. auxilio missi cum eo ad quatuor millia e Flandria.

Dux Albanus & Calendas Januarii per N. Pacciottum
 Allabogem architectum arcem fundari curavit An-
 tuerpiæ ad Schaldim, qua Belgium in fide se
 posse continere persuasum habebat.

Hoc anno sepultus est apud Patres nostros Iovanien-
 ses quidam devotus sacerdos et Magister artium,
 in capitulo eorum iuxta dextrum cornu altaris;
 lapis sepulchri hanc inscriptionem habet: Hic sepultus
 est V. D. Joachimus Van Hertsboeck Antuerpiensis cuius
 anima requiescat in pace.

Sub finem huius anni Genæ dicti agrestes in
 sylvis Flandriæ occidentalis latitabant. Indeque capta
 occasione præsertim nocturna egredientes sacerdotes
 ac Monachos apibus exuebant, cruciatibus afficiebant
 aures naresque amputabant.

Annus 1568 feralis ob mortem multorum Principum
 et plerumque violentam.

Anno 1568 16 Februarii Philippus Passovius Co-
 mes Buranus Aurangii filius 12 annorum adolescens
 Iovaniæ litteris operam ut navat Albani Ducis jussu,
 non obstantibus Academia privilegii capitur atque
 in Hispaniam ducitur.

Margareta Austriaca Gubernatrix Regni a Rege
 Philippo petit copiam in Italiam revertendi.
 Rex annuit et aliquot coronatorum millibus regia

liberalitate ei oblatis, annuo quoque quatuordecim mil-
lium coronatorum reddito perpetuo atque hereditario
illi assignato peramanter ei litteris ei gratias egit
ob susceptos toleratosque in strenua et fida Belgi-
carum ditionum administratione labores. Tis litteris
et nuntio accepto illa omni sua auctoritate in
Albanum Ducem translata mense Aprili multo
milite frequentique nobilitate stipata per Arden-
nam in Ducatum Luxemburgensem, ac tandem
ex Germania in Italiam contendit, ubi ab octa-
vio Duce marito suo humanissime excepta est.

Circa hunc annum obiit claris. et Ill. D. Ferdinan-
dus Claroja Comes et Princeps Galmone magnus be-
nefactor domus Romanæ.

In Ordine nostro D. Lambertus Bryene professor
domus Monachorum Prior domus Campensis et olim
Prior domorum Trajecti et Monachorum.

D. Christandus Casselius professor et Prior domus
Sylve S. Martini.

D. Livinus Symonis professor et antiquior do-
mus Gandavi qui 54 annos laudabiliter vixit in
Ordine.

D. Joannes Hauchin septuagenarius monachus
professor domus Vallis profunda hospes in domo Lu-
vigniaci qui obiit in domo Divionis, et multa
ab hereticis passus est mala.

Monachi 47, Conversi 13, Moniales 8, Donati 19:
personae 87.

Sequitur ordinatio provinciae. Priori domus Brugis
(scilicet D. Mauritio) non fit misericordia, cui impar-
timur licentiam, et committimus, ut facilius et libe-
riori susceptione ad Ordinem Peritorum Anglorum
idoneorum, et pro sua suorumque salutari consolatione
et profectu cum Prioribus per eum eligendis et uno ex
suis Anglis quaerat et accipiat domum. Irizex sive
aliam Ordinis vel alium aptum locum ad inhabi-
tandum cum suis donec ad Angliam eos Deus
redire concesserit, ad quem se transferat paulatim
predictorum Priorum consilio et consensu cum
suis subditis et bonis ac pensione Regiae Majestatis
et de his informet Visitatores quibus committimus
ut eo casu domus Brugis de alio sive Priore sive
Rectore et personis Ordinis ad divina persolvenda
officia sufficientibus provideant auctoritate Capituli
D. Mauritius generalis, commendantes dicto D. Maurice Priori mo-
domum Brugis in clero Brugis dictam domum suae secundae professio-
utroque statu. nis, ut sicut hactenus sua prudentia et industria
restauravit. utrumque statum domus restauravit et bene rexit,
ita suo beneficio et charitate gratuita susceptioni
Brugentium respondeat.

Priori domus Lyrae (D. Cornelio Kerchoven) non
fit misericordia, quem rogamus et hortamur ut

observantiam regularem sub suo predecessore (D. Petro Scherpenisse) laudabiliter vigentem restituat, et ad id provocet et compellat.

Ad formam Priori domus Monachorum non fit misericordia, juri districte quem hortamur ut consilium Prioris domus Distensis prohibetur acquiescat, ac Priorem Distensem, ut illi assistat. Et ars medicinae D. Joannes Congius ibidem professus vadat hospitatur et chirurgiae ad domum Hollandiae ad Ordinis voluntatem, cui et ceteris personis Ordinis sub poenam carceris ad firmam juri prohibemus ne amodo exercent artem medicinae neque chirurgiae super quo Visitatoribus districte injungitur ut invigilent, et si quos culpabiles et in hoc inobedientes invenerint rigide puniant.

Priori domus Amsterdamentis. (D. Gherardo Palio) ad suam magnam instantiam et propter senium et debilitatem fit misericordia et revertatur ad domum Distensem suae professionis prout petit, quem Priori dictae domus commendamus, ut sicut bene meruit senectuti ejus consulat, cui pro bene meritis concedimus missam de B. Maria in provinciis Leuthoniae et Picardiae. Electionem futuri Prioris Conventui remittimus.

Priori domus Delfensis non fit misericordia quem hortamur ut adjunctus ad assistentia Visitatorum observantiam regularem restauret, ut rebelles et inobedientes Visitatores puniant et dispergant in provincia.

Domus P. Gophiae Rectorem domus Gophiae D. Bartholomeum de Doers
multum deo-

præficimus in Priorem, quem hortamur ut piis Patrum provincie elemosynis et favoribus adjunctis restorationi dicta domus inrigilet, et divinum officium more Ordinis in Ecclesia persolveri faciat ad formam statuti, et ceteri religiosi habeant patientiam in domibus provincie in quibus hospitantur nec ad illam redeant nisi vocati aut juri a Visitatoribus sub pena carceris.

Pectorem domus Campensis præficimus in Priorem, quem hortamur, ut bonæ opinionis de se conceptæ respondeat.

Ordinationem anno præterito factam quæ sic incipit Devotionem in multis mundi partibus, et de solemnitate S. Joseph confirmamus et approbamus cum solemnitate quoad Monachos et cum proprio officio.

Festum S. Tho. Ordinamus ut de cetero juxta præceptum Summi Pontificis de Aquino festum S. Thomæ de Aquino celebretur cum Capitulo sub titulo quod Monachos cujus officium per omnia fiat celebrandum. sicut de S. Hieronymo. Huc usque fuerat tantum festum 3 lecturum et in quodam calendario domus

Ultrajectensis inveni notatum, quod ex speciali indulto eidem gaudemus indulgentiis quibus prædicatores in celebratione festi S. Thomæ. Relatus est inter Sanctos a Joanne XXII Papa, qui fundavit Cartusiam Bonipartus. Vis quinquam enarrare sufficeret, quot vir sanctissimus atque eruditissimus Thomæ Theologorum præconio celebretur; quantumque ejus illibate do-

ctine a sanctis Patribus in sanctissimo oecumenico Tridentino Concilio consideratis fuerit acclamatum: quae ob eam causam a *G. M. Pio* Romano Pontifice (qui fuerat ex eodem Predicatorum Ordine assumptus inter celeberrimos Doctores Ecclesiae fuit adnumeratus, dum hujus diei celebritatem iisdem sacris solemnibus peragi voluit quibus Bonifacius VIII Papa sanctorum quatuor Doctorum Gregorii, Ambrosii, Augustini et Hieronymi festivitates celebrandas constituit. Estat de his sacrum diploma datum anno Domini 1567 3 Idus Aprilis Pontificatus ejus anno secundo.

Ordinationem anno praeterito factam, quae incipit Pius Papa V confirmamus et approbamus declarantes verba praecipitiva habere vim exhortationis iuxta hanc formam contenta in eis observari volumus.

Comes Ludovicus Praecipuus seditionis Belgicae auctor Princeps Auran-
cus Brantii factus ex conscientia sua digna metuens evaserat. Ejus
frater cesar. frater Ludovicus Germanorum copiis stipatus in Fri-
bergio captum nam occidentem irrupit. Processit obviam Comes
Hispanorum Arambergius. Adjecti mille Hispani more impation-
multitudinem sua in pugnam praecipitantes victoriam correperunt
crudeliter suppli. Cesari Comite multoque amissis, ceteri per paludes
eis enecari ju- Gruningham urbem evaserunt Frisiae caput. Consola-
tus est Arambergium morore degram Albanus alii-
que proceres Belgii. Scripsere et ad eam litteras con-
solatorias Imperator Maximilianus atque etiam Romanus

Pontifex Pius V, qui illum ut athletam Christi et martyrem fortiter dimicando occubuisse assererat, harum litterarum exemplar cum prelecta fuit Cornelio Musio: Hoc vere, aiebat, pium Dei Pontificis officium tam pie piam consolari viduam.

Hinc Dux Albanus quem jam pridem animo destituerat conceptum contra proceres ac primores simul etiam Belgii nobilitatem, quam motibus et rebellionibus contra Regem et Religionem catholicam causam dedisse dicebat effudit, productoque captivos in publicum uti perduellionis reos supremo supplicio Bruxellis Calendis Junii affecit.

Quinta quoque Junii subsequente Edmundanus atque Fernandus Comites Albani jussu Bruxelle sub meridiem lictoris ferro icti in magno patris luctu et querela occumbunt, ne se cives commoverent Albanus omne iter quo ducebantur ad penam militibus sepsit presertim capita platearum. Sed ut ait Joannes Mariana auctor Hispanus id supplicium magis irritavit animos provincialium quam fecerit. Deum facias! sic sunt nationum ingenia.

Michael Sittinger testis oculatus in Leone Belgico scripsit se vidisse Comitem Edmundanum mortem aequo fultore animo, scripsit ad Regem et veniam ab ejus Majestate petiit eique conjugem et liberos suos commendavit.

Deinde Dux Albanus contra Ludovicum Rossarium profectus eum magna clade affectit 21 Junii, perierunt hostium septem millia, Regiorum non nisi octo desiderati et totidem vulnerati sunt, captaque ex hoste signa militaria viginti, sedecim magna tormenta in casorum numero non pauci fuerunt qui ex Belgio profugerant suam patriam deserentes.

Oraniani milites in Leodiensi. *Her. 5* Coniunctis ferme funeribus prior Carolus Hispanie princeps in vinculis ad 13 Calendas Augusti, deinde 5 Nonas Octobris Isabella ejus noverca obit. Huic paritatio sacra suo immaturus exitio fuit. Isabellam et Catharinam profanant, nullam prolem masculam, eaque vacuam Hispania religiose personae Regiam quartis nuptiis reliquit. Princeps ingenio nas prosequum impatientia perit. De vinculo causa et patris ira variis rumores sparsi, ut in rebus magnis, pro his duobus tricenarium injunctum fuit sequenti Capitulo.

Auriacus praeter opinionem Albani Mosam cum toto exercitu trajicit, oppidum S. Brudonis ingreditur et spoliat, praeda conflata multorum judiciorum octies centenis aurearum millibus aestimata, Leoneses dictum Auriacum infeliciter admittunt, deinde apud Montinacum caeditur, ibi Comes Hocostanus accepto vulnere non convalescit, catholice stans obit, contra Auriacus spoliat et exurit aliquot monasteria, atque civitatem Leodiensem frustra tentat,

D. Huberti Galli quoque in ejus subsidium missi Monasterium di-
 ab omni actu vi Huberti in Ardenna excurunt, praerat tunc abbas
 state muni. R. D. Joannes de Lamoch amicus avia mea cui cum
 frequentissimum tempore nocturna synaxis significatum fuisset a quo-
 Monasterium dam domus amico inimicos appropinquare nihil ter-
 flammis eda batus finem expectavit. Matutinarum tunc suis Mona-
 chibus absumi. obis intemavit quid intellexisset et permisit fugere
 tur uniusque quo possent. De aliis Monasteriis prope Leodium tale
 dicula mo carmen est numerale:

mento octin.

gentorum et

amplius anno.

rum opus exitis

et ruinis deditur.

Reg. IDIVs, Lia Venus Va Lilla benedicta Liabes CVnt

igne, st Vpet factus q' Vart Vs q' Vnt Vagte noVe, Mbe ls

Et de aliis duobus in regio solo:

Bonae spes flagrat Do MVs

Ante Vt Vt Boniffa

T. Tandem e Belgio in Franciam Auricus excessit, magno
 quidem liberatus periculo quod cum Albanus non segni-
 ter fugientem persequeretur, sed omni spe sua frustratus.
 E Belgio excluso hoste Albanus Cameraci haesit non
 nihil cum universo exercitu. Deinde mense Decem-
 bri positis per eos fines praesidiis, Antuerpiam alii,
 alii Valenciens, alii denique in Hollandiam missis
 Bruxellas redit. Tbi Ge Deum pro hoste fugato de-
 cantatum, quod idem Leodii sub id quoque tem-
 pus factum est.

Cartusia Montis Dei nostro Belgio contermina
 cladem ab eisdem hereticis accepit. Siquisdam lego